D n
1582

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-611239-p0001-5

R

A. 58.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-611239-p0002-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-611239-p0003-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-611239-p0004-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-611239-p0005-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-611239-p0006-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-611239-p0007-9


sub his alis plus ultra ad solem
COMPENDIUM
GRAMATICÆ LITHVANICÆ
Theophili Schültzen
Past: Cattenov.
REGIOMONTI:
Typis Friderici Reüſneri:
Ser·El·Br· Typogr
Ao·1·6·7·3·

KŒN.PR.FR.
UNIVERS.
Z.V HALLE.

SERENISSIMO PRINCIPI ac DOMINO

# DNO CAROLO ÆMILIO,

## MARCHIONI BRANDENBURGICO,

Boruſſiæ, Magdeburgi, Juliæ, Cliviæ, Montium, Stetini, Pomeranorum, Caſſubiorum, Wandalorumq;, In Sileſiâ, item Croſnæ Carnoviæq́;

DUCI,

Noribergæ BURGGRABIO, Halberſtadii, Mindæ, Camini

PRINCIPI,

Marcæ & Ravensbergæ

COMITI,

Ravenſteini, Lauenburgi & Butoviæ

DOMINO,

Principi, Electoratûs & Archi-Cameratûs

HÆREDI,

DOMINO CLEMENTISSIMO,

Affectu Animi devotiſſimo

D.D.D.

Author.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-611239-p0011-1

SERENISSIME PRINCEPS!
DOMINE CLEMENTISSIME!

INgenuè fateor, meam pulvere Lithvanico jam vigeſimum, & quod excurrit, añum, ſopitam quaſi, intereaq; à Vulcano tertiò impeditam, favillis obrutam & mediis omnibus orbatam tenuitatem, eloqui vix valere, quantum Ornamentum, PRINCIPEM imprimis, DOMINUM SUPREMUM, cum ſingulis ſuis ſubditis patriâ loqui poſſe linguâ, quantum ſit decus, quantum exinde ſperandum emolumentũ. Amor, devotio, obedientia, omniaq; ſubditorum unà ſeſe offerunt, ſubdunt Principi connatam lingvam ipſiſſimis haurienti auribus, ſuſpiriaq; illis expreſſa percipienti; quinimmò, quàm plurimæ ab illis exulare jubentur ærumnæ. Eſto! Authoritatis & Majeſtatis ſummum requirere faſtigium alienis audire auribus, videre alienis oculis, ſubditorumq; petita operâ percipere translatoriâ. Verum enim

enim verò nil jucundius Principi, quàm ſubditorum devotiſſimorum ſuſpiria propriis haurire auribus; nil utilius Domino ſupremo quàm fideliſſimorum petita ſubditorum humillima intelligere. Nil laudabilius Patri Patriæ, quàm proprio ſubditos amore quaſi tabeſcẽtes beare reſponſo.

Neminem latet, PRINCEPS SERENISSIME, Tuam lingvis feliciſſimè imbutam Juventutem; ſtupent TE loquentem Galli; admirantur Romani; venerantur ſubditi Teutones: Aſt adorant etiam Lithvani, Pruſſiæ Ducalis ſubditi, anxiè ſuſpirantes, ut TE coràm audire & alloqui poſſent. Lithvani, inquam; qui infima quidem ſubditorum occupant ſubſellia, aſt humillimâ devotione & obedientiâ fucos ignorante, colunt, venerantur, adorant.

Nullus igitur dubito fore, quin hi octerniones numerum ſanctum vix attingentes, ad SERENISSIMÆ CELSITUDINIS TUÆ pedes devoluti, fron-

te ut Sereniſſimâ, Clementiſſimâ, aſpiciantur, ſint merituri. Continent enim Elementa Præceptorum Lingvæ, non quidem ſuper alias ſuperbientis, nec latè admodùm ſeſe extendentis, fines tamen Pruſſiæ Ducalis excedentis, & in Magnum Lithvaniæ Ducatum effluentis; Linguæ, cujus Cultores nil niſi devotionem, omnis fuci expertem, norunt, ſubjectionem & obedientiam; Lingvæ, cujus cognitio brevi temporis ſpatio, ſi ſaltem docilis adhibeatur ſolertia, addiſci poteſt; offeruntur, quâ par eſt, humillimâ devotione, à ſubditorum devotiſſimo; expoſtulant Patronum contra Momi nil niſi latrare edoctos dentes; Patronum contra omnes inſultus defendentem; Patronum ſub alis Clementiæ clementisſimè ſuſcipientem. Quem ſi exorârint, non intermittent inſtigare, quin & Lexicon Germanico-Lithvanicum, unà cum Evangeliis & Epiſtolis, Hiſtoriâ Paſſionis, Reſurrectionis Salvatoris, &



De-

Devaſtationis Jeruſalem reviſis, aliisq́; Eccleſiæ Lithvanicæ utiliſſimis ſcriptis brevi lucé videat. Quod ſupereſt, vota addunt calidiſſima: Faxit DEUS, T. O. M. ut hæc Elementa ſint inſtrumenta, quibus SERENISSIMUS PRINCEPS ad cognitionem ærumnarum Lithvanicarum Authorisq; tenuitatis perducatur, ſubditiq́; omnes ac ſinguli ſub alis AQVILÆ BRANDENBURGICÆ ad finem usq; Mundi devotiſſimè, pacatiſſimè vivere queant.

DEUS TE SERVET!

# Lecturo Salutem!

EN, L. B. Elementa lingvæ Lithvanicæ ſub Nomine Grammatices, viam adhuc valdè inviam ex tam confuſo chao, ut pluribus videtur, ad cognitionem accuratam brevi tempore addiſcendam Lithvanicam lingvam monſtrantia, ultra luſtrum ſextum pulvere quaſi obruta, Inventoris, in pulverem jam redacti, memoriam refricantia, memoriam, inquam, olim plurimùm Reverendi, Doctisſimiq; Domini Chriſtophori Sappuhn, Paſtoris Ruddupenenſis Majoris, ut vigilantisſimi, ita meritisſimi, cujus, tanquam Præceptoris mei ætatèm colendi, recordatio (licet forſitan multis & quidem necesſitate & amore plus quàm filiali obſtrictis jam exciderit) ſit in benedictione. Elementa meritò nominanda, quia, quantâ potuit brevitate, accuratâ perſpicuitate, & methodo non vulgari propoſitâ. Multa & ferè ſexcenta forſitan (ſi ſpectes gentis Lithvanicæ originem, nonnullorum Grammatices præcepta reſpuentium, & ex uſu addiſcendam lingvam, contenden-

tium,

*tium, objectiones) monenda occurrerent, niſi ne monſtri ad inſtar appareant, timor obicem poneret, & aurem quaſi vellicaret tritum illud & veriſſimum Veriverbium:* Vino vendibili non opus eſt ſuſpensâ hederâ.

*Miraris forſitan, quare tam diu latuerint? & meritò. Verùm enim verò, ſi temporum viciſſitudines & injuriam, malevolorum invidiam unà cum Fortunæ volubiliter errantis oculum lævum ſpectaveris conſideraveriſq; nulla reſtabit, credo, dubitandi ulteriùs occaſio.*

*Laterent fortaſſis adhuc & pulvere quaſi obruta oblivionis, emortua, & in arenam conſcripta autumarentur, niſi utilitas exinde Lithvanicam lingvam diſcere cupidis ſperanda, multorum haud vulgaris applauſus non contemnendus, Autoritas unà cum Præcepto SUPREMI DOMINI & NUTRICII CLEMENTISSIMI, ELECTORIS BRANDENBURGICI, ORBIS CHRISTIANÆ TANTI MONARCHÆ, & ex tam crebrâ deſcriptio-*

*ne ortus timor, ne citra tum Inventoris, tum Autoris Gratiam typis concrederetur, tandem calcar addidiſſent, ne Poëtæ illius excellentisſimi verè Virginei querela;*

Hos ego verſiculos feci, tulit alter honores,

*& nobis queritanda foret, publicâ luce digna, omnibus omninò manibus verſanda traderentur. Nullus dubito fore, quin vix aut ne vix cenſoream ſint effugitura virgam. Nam tanta, proh dolor! etiam inter Chriſtianos, inprimis hoc ultimo & conclamato libidinoſoq; Seculo reprehendendi & cenſendi libido, ut ideò Apellem imitatus, hæc tanquam Tabulam cenſendam & corrigendam in aprico appendere omnibus conſpiciendam voluerim, ut à bonis benevolâ admonitione admonitus, quæ fortean adhuc feliciori Minervâ perficienda & accuratori limâ, cùm efformationem & elaborationem juxta Nomen adhuc expectent, expolienda, ut tandem ad perfectionis faſtigium perventa, titulo accuratisſimo & utilisſimo gaudere queant, ulteriorem oſtendere valerem*

*rem diligentiam, malevolisq; & nil niſi Momi gradus gradientibus, alto contemptis ſupercilio, inaurem quaſi dicere,* Ne ſutor ultra crepidam, *Au tumo rerum teſtimonia præſentia omnem verborum luxuriem reſpuere, ideoq; opto, ut eo, quo conſcripta ſunt, fine excipiantur, & illum, qui intenditur, uſum conſequantur. Hanc ſi nactus fuero Spartam, expectabis impoſterum L.B. utiliora, & ad cognitionem Linguæ & Eccleſiæ Chriſtianæ ad credenda, informanda, agenda, utilisſima; expectabis, inquam, & impetrabis Lexicon Germanico-Lithvanicum; expectabis Evangelia cum Epiſtolis Dominicalia, Hiſtoriam Pasſionis & Reſurrectionis Chriſti, devaſtationis Jeruſalem, unà cum Catechiſmo Lutheri; expectabis tandem, ſi Deus vitam conceſſerit, & Biblia univerſa, reviſa & ad Dialectum puram in translatione accommodata. Hoc unicum à Te contendens, ut unà mecum Deum calidisſimis precibus fatigatum, ob ſucceſſum utilisſimum, ſincerè colas, me favore integerrimo proſequens, Tibi hæc dente Theonino arrodere caveas, & benevolentiâ tuâ diligentiam atq; ſtudia mea promoveas. Quod ſupereſt, utere fruere his qualibuscunq; Elementis feliciter, & vale ſimul mecum, mihiq; Tibiq; penſitaturus dictum,*

*- - - Nihil eſt ab omni*
*Parte beatum.*

In
*Multùm Reverendi Doctiſſimiq́ Viri,*
**DNI. THEOPHILI Schultzens/**
Paſtoris Lithvanorum Cattenovienſium
Grammaticen Lithvanicam in ſalivam ſubmittentis publicam!

*NOſter Amor, Phœbiq́ Decus, non omnia quævis*
*Sunt, quæ Lithvanis tradita mente paras.*
*Pluria namq́ premis quæ pollice, cuncta nigellæ*
*Turbæ propinas; conſecret almè DEUS.*

M. Sebaſtianus Müller/
Paſtor & Archipresbyter
Inſterburgenſis.

---

Ak/mielas Kunnige! ſzwents tawo Darbas eſt
Jr Aſz pawelijû jeib Diews kurs mums padeſt
Ta Darba tawo protinga
darytu Wiſsiems naudinga!
Tu mokinni kaip kas dabintiney kalbetu
Lietuninkams/ jeib jie wertai Dangû reggetu
Tai ſzwentas Darbas eſt.
Be taiſant Knigas jiems tu Dangû pataiſyſi;
Saw Alga Diewiepi/ zmûniump Garbe pelnyſi;
Tai wiernay welijû taw/ Kume Wiernaſsis!

Properante Calamo
T. T.
M. M. P. P. N.

## Ad Reverendum atq; Eximium Dn. Auctorem, Opuſculi hujus feliciſſimum.

KLeinius, ille DEI Præco, ſi laude vehendus,
Frigida qui Tilſæ membra reliquit agro,
Tu, Decus Euſebies, ſimili jam laude veheris,
Dum ſimili ſtudio fervet uterq; labor!
Et labor egregius, dignus magnoq; cothurno,
Qvem tua SUCCINCTE Littava Muſa dedit.
Sit ſua laus illi, mirâ qui condidit arte
Mœonii vaſtum ſub nuce Vatis Opus:
Monſtratur paucis heîc Littava Lingva pagellis,
Ludendoq; Cohors ſcit ſtudioſa loqui!
Perge bonis avibus Pandectas pandere Sancti
Codicis & multis ſternis ad aſtra viam!
Sic, Noſter Senior, quô non præſtantior alter,
Auſuris aliquid ſcribere, calcar eris!
Sic quoq; ſidereum dabitur tibi vertice Cœlum
Tangere; nectareo ritè liquore frui!

### Verteutſcht.

SOfern/ Herr Klein/ der Knecht des HErren Ruhm mag haben
Den Tilſitt hat/ erſtarrt/ in friſchen Sand gegraben

Wirſt

Wirſt du/ der Andacht Licht / auch Lobes wür-
dig ſeyn/
Denn Euer' Arbeit ſamt dem Fleiß komt überein.

Dein' Arbeit iſt nicht ſchlecht und billig zuerheben
In dem du kanſt recht kurtz zur Sprachen Anlaß gebē.
Es bleibe Lobes werth/des Künſtlers Preiß und Pracht/
Der dort den Ilias in eine Nuß gemacht:

Man kan das Littauſch hier in wenig Blettern finden/
Ein Fleiß'ger kan die Sprach im ſpielen gehn ergründen:
Fahr in der Arbeit fort/daß wir die Bibel ſeh'n/
Denn dieſe Arbeit wird zu vieler Heyl geſcheh'n!

Du wirſt es/unter Uns der Aelteſte/dahin bringen/
Daß auch ein ander wird was thun in ſolchen Dingē
Und endlich wird dein Nahm' am Stern-Gefilde
ſteh'n/
Du wirſt auch/ vor den Fleiß/ das Nectar trincken
gehn!

*Votivus Calamus*

Erneſti Ditzelii,
Paſt: Walth.

GRAMMA-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-611239-p0022-2

יהוה

# GRAMMATICA LITHVANICA.

1.

GRammatica Lithvanica, eſt ſcientia inſtrumentalis neceſſaria, Lithvanicas voces, earumq; affectiones conſiderans, ut congruè, aptè, propriè, & concinnè loqui ac ſcribere, in idiomate Lithvanico, queamus.

2. Objectum Lithvanicæ Grammaticæ ſunt voces.

3. Voces conſiderantur, vel abſolutè, vel reſpectivè.

4. Quando voces abſolutè conſideranrur, ſunt vel Conſtituendæ, vel Conſtitutæ.

5. In conſtituendâ voce conſiderantur Literæ & Syllabæ.

## Sectio Prima.

## Cap. I. de LITERIS.

1. Literæ apud Lithvanos inveniuntur viginti.

| | |
|---|---|
| a á ą | n |
| b | o |
| c cʒ́ | p |
| d | r |
| e è ę | s sʒ́ |
| g | t |
| i ï j | u ų û |
| k | w |
| l l | y |
| m | ʒ ʒ́. |

2. Literæ dividuntur in Vocales & Conſonantes.

# I. De Vocalibus.

3. Vocales ſunt ſimplices, & è ſimplicibus compoſitæ.

4. Simplices ſunt, ut Latinorum, quinq;, de quibus ſequentes obſerva obſervationes.

a. apud Lithvanos triplex eſt, ut figuræ indicant.

a primum, ſine virgulâ vel puncto, ſimplicem habet ſonum, ut Latinorum & Germanorum; ut uſpraſſu/ intelligo.

à ſecundum, cum virgulâ, durius & majore oris hiatu effertur, ut: Sàkàu/ dico.

ą tertium, quaſi caudatum n ſubticet, ideo in pronunciando illud leniſſimè quidem, ſed tamen attendendum, ut: Diewą/ Deum.

e itidem triplex eſt;

e primum, cum Germanico & Latino convenit.

è ſecundum, cum accentu quaſi gravi pronunciatur tanquam η græcum, ut: ègle, èlnis.

ę tertium cum virgulâ, habet eundem valorem cum ą ita ſignato.

i quoq; triplex eſt;

i, primum breve, tanquam Germanicum pro- pronunciatur, ut: žinnau/ ſcio;

į ſecundum, virgulâ transfoſſum in medio, & habet n ſubintellectum, eſtq; nota accuſativi terminationis in is Maſculinorum, ut: medį.

ì tertium, longum aliis dicitur; Nos ejus loco y uſurpamus, ut: riſʒys/ vinculum myliu; amo.

o retinet valorem Latinorum aut Germanorum.

u duplex eſt:

u primum

u primum eſt ſimplex, & ſemper ut Germanorum effertur, ut: Sunus/filius.

Ų cum virgulâ notatum, ſecundum eſt, & tum n in eo continetur, ut: Sunų/filium.

5. Compoſitæ vel diphthongi ſunt, vel propriæ, vel impropriæ.

Propriæ ſunt ſex: ai/au/ei/ui/ů/y.

Impropriæ ſunt quatuor; ia/ie/io/iu/ De his notandum, quod lenius efferantur, & i ante vocalem quaſi quieſcat.

6. Vocales hæ poſſunt ſubdividi, vel ratione quantitatis, vel ratione qualitatis.

7. Ratione quantitatis ſunt, vel longæ, vel breves, vel ancipites.

(1) Longæ ſunt ex ſimplicibus o & i; & ex compoſitis propriæ.

(2), breves, ex ſimplicibus a e i.

(3) ancipites, ex ſimplicibus a e i u/ & ex compoſitis impropriæ.

8. Ratione qualitatis ſunt mutabiles & immutabiles.

9. Mutabiles ſunt vel abſolutè, vel reſpectivè tales.

10. Abſolutè vel reſpectu Declinationum & Conjugationum, vel reſpectu Dialectorum;

11. Reſpectu Declinationum & Conjugationum cuilibet ex paradigmate Declinationum & typo Conjugationum patebit.

12. Reſpectu Dialectorum, [quarum dantur tres:

1. Samogitiæ. 2. Lithvaniæ Regalis.

3. Lithvaniæ Ducalis; quæ iterum; vel Pura; vel Semi-Samogitizans; vel Curonizans] mutantur.

A.

(1) Pro a uſurpant Curonizantes e; ut, pro aſz eſz ego; pro ar/ er/ an.

(2) a Lithvaniæ Regalis dialectus in contractione mutat in o/ut: Notſkirru/pro Ne-atſkirru/ Non ſeparo. Hæc mutatio & Pruſſiæ Ducalis Dialectis non inuſitata.

(3) pro a Lithvaniæ Regalis dialectus capit u, ut: dungus/ pro dangus/ Cœlum. Unkſti/pro ankſti/ manè. unt/pro ant/ ſuper.

E.

(1) pro e Lithvaniæ Regalis dialectus utitur a/ ut & Samogitiæ; ut: garba/pro garbe/ honor. Karalyſta/pro Karalyſte/Regnum, ziama/ pro zieme/terra. Atajo/ pro atejo. Huic ſeſe aſſimilat Pruſſiæ Ducalis Semi-Samogitizans dialectus.

(2) pro e uſurpat Lithvaniæ Regalis dialectus, i & y/ ut: zinklas pro zenklas ſignum. tinai/pro tènay/ibi. Manni/pro manne/me. ziami/ pro zieme/ terram. Karalyſti/pro Karalyſte/regnum. Diddibi/pro diddibe/magnitudinem.

I.

(1) Pro i Regalis Lithvaniæ dialectus frequentiſſimè uſurpat y/ ut: padarey/ pro padarei/ feciſti. Dayktay pro Daiktai/res.

(2) Hanc imitatur tum dialectus Samogitiæ, tum Ducalis Pruſſiæ Semi.Samogitizans.

O.

(1) pro o in Genitivis Maſculinorum primæ terminationis, quod dialectus Pruſſiæ Ducalis pura ubivis retinet, tum Samogitiæ, tum Regalis Lithvaniæ, tum Ducalis; & Samogitizans & Curonizans uſurpat a/ut: Pona Diewa/tawa/ pro Pono Diewo tawo/Domini Dei tui.

(2) Nonnunquam etiam pro o in Nominativis pluralibus Fœmininorum utitur a/ ut: Liggas piktas/pro Liggos piktos/morbi mali.

(3) Curonizans dialectus uti linguæ mollitiē amans, non tantum in Genitivis, ſed in aliis quoq; tum Nominibus, tum verbis, & ferè ubivis pro o uſurpat a; ut: ʒadis/ pro ʒodis/ verbum. Jakubs/pro Jokubs/Jacobus.

Szlawin, pro Szlowin/honorat. Sàdin/pro Sodin/collocat.

(4) Cum hâc in omnibus coincidit Samogitiæ dialectus.

ů.

(1) pro ů Regalis Lithvaniæ dialectus uſurpat u ſimplex, ut: duna/pro důna/ panis. Duk pro důk/da.

y.

(1) pro y/quod pura dialectus Pruſſiæ Ducalis retinet, Samogitizans i longum uſurpat.

ia.

(1) ia diphthongus mutatur à Samogitiæ, Lithvaniæ Regalis, Ducalis Pruſſiæ tum Samogitizante, tum Curonizante dialecto in præſentis Conjunctivi primâ perſonâ, quam pura dialectus

ſemper retinet, in au/ut: Raſzyczìau/pro Raſſiczia/Scribam.

13. Reſpectivè conſideratæ vocales mutantur ob ſuum concurſum.

## Regula.

Lithvani valdè ſunt ſtudioſi, ne fiat concurſus vocalium: ~~Huic~~ Hhinc vocales concurrentes vel contrahunt, vel alteram earum abjiciunt.

## Articulus I.

## De Contractione.

(1) Media litera ex ultimâ ſyllabâ terminationis as/ is/ frequentiſſimè abjicitur, & ita duæ ſyllabæ in unam contrahuntur, ut: Szwents/ pro Szwentas/ſanctus. Pons/ pro Ponas/Dominus. Wieſzpats/ pro Wieſzpatis/ Paterfamilias. Swiets/ pro Swietas/Mundus & ita in omnibus fermè vocibus.

(2) Non rarò contrahuntur duæ voces in unam more Græcorum, & quidem;

(α) o ſequente a; ut: pokim/ pro poakim/ ante oculos.

(β) e ſequente a, contrahitur in unam ſyllabam & effertur per o, ut: Notmennu/ pro Neatmennu/ non memini. Nopkènczìu/ pro Ne-apkènczìu/non tolero.

# Articulus II.
## De Abjectione.

(1.) Vocalis ultima frequentiſſimè per Apoſtrophen aufertur, ut: Paraſzyt' ir/ pro paraſzyta ira/ ſcriptum eſt. Su manim' pro ſu manimi/ mecum. Nè-prietelum'/ pro Nè-prietulumi/ inimico.

## Obſerva.

(α) Non omnes promiſcuè vocales abjiciuntur, ſed tantùm breves, & quidem a/ i/ frequentiſſimè; e rariùs. Interdum tamen etiam ancipites, ut: Mum's/pro Mumus/nobis. Jums/ pro Jumus/vobis. Et ita in multis aliis.

(β) Non ſemper abjicitur litera per apoſtrophum, ubi abjici poteſt; ſed tantùm ubi gratior vocis brevitas, aut metri neceſſitas id requirit.

## II. De Conſonantibus.

14. Conſonantes ſunt literæ reliquæ omnes, præter vocales; ſuntq; vel mutabiles, vel immutabiles.

15. Immutabiles; b k m n p r w/eundem & ſonum & valorem cum Germanorum aut Latinorum habent.

16. c eſt duplex; alterum ſimplex c; quod nunquam apud Lithvanos ut k profertur, ſed ſuum & qui-

dem Lithvanis proprium ſemper retinet ſonum, & quaſi cum ſibilo effertur, ut: Cecorus/ Cæſar.

17. Alterum compoſitum, cui additur ź/ ut cź/ & profertur ut Polonis in uſu eſt cum ſono quodam, ut: Mieźczonis/ Civis. Cźiźe Cenſus.

18. d valorem & Latinorum aut Germanorum retinet, niſi quod ſæpè ipſi addatur ź; ut: dźut/ areſcere. Pràdźia/ initium.

19. g paulò duriùs quàm apud Latinos aut Germanos effertur, ut: godas/ avarus. Garbe/ gloria. Geda/ ignominia.

20. j ut apud Latinos, ſemper eundem valorem retinet, niſi quòd ſequenti a leniùs efferatur.

21. ſ duplex datur; alterum ſimplex, & illud ſive in principio, ſive in medio, ſive in fine ponatur, ſemper ſibilat; ut: Sunus/ Filius. Sàkau/ dico. Kàs/ quis. Kurſai/ ecquis?

22. Alterum cum ź compoſitum, ut Germanorum ſch vel Hebræorum ש pronunciatur, ut: ſźonas/ lumbus. Sźilkas/ ſericum.

23. z duplicem itidem tum pronunciationem, tum ſcriptionem requirit:

(1) Alteram ſine virgulâ z/ & tum ut ſ leniſſimum pronunciatur, ut: zokanas/ Lex. Jezus/ Jeſus.

(2) Alteram cum virgulâ ź/ & tum ut Polonorum effertur, ut: źole/ Herba.

24. Mutabiles ratione dialecti.

(1) d Lithvanicæ Regalis dialecto mutatur vel pronunciatur ut z/ ut: zewas/ pro Diewas/ Deus.

(2) t eâdem dialecto in c mutatur, ut: ciewas/ pro tewas/Pater.

# Caput. II.
## De Syllabis.

Cùm quid & quotuplices ſyllabæ ſint, ex aliis Grammaticorum voluminibus facili negotio huc acquiri poſſit, cùmq; Lithvanicarum Syllabarum, utpote ex Vocalibus & Conſonantibus compoſitarum, cum Germanicis & Latinis maxima ſit cognatio, ideoq; ne acta agere videamur, pauciſſimis ſaltem imprimis ea, quæ in Orthographiâ & pronunciatione peculiare ſibi aliquid vendicant, indicabimus.

## De Orthographiâ.

I. Inter Vocales omnes præter o virgulis aut punctis ſignantur, ſibiq; peculiarem Lithvanis domeſticam vendicant pronunciationem, adeoq; in ſyllabis conſtituendis ſequentes obſervationes poſtulant.

II. Qvando a virgulatum ſyllabam conſtituit, ſive in principio, ſive in medio, tum vel brevis vel longa effertur.

(1) Longa, ut: Kàras/bellum. Màras/peſtis.

(2) Brevis, ut: Sàkau/dico. Màttau/video.

III. a caudatum, ſemper ultimam conſtituit Syllabam, ſive cum, ſive ſine conſonante.

(1) Sine Conſonante eſt Accuſativi, tum Maſculinæ, Fæmininæ, terminationum, & Adjectivæ & Subſtantivæ declinationis, ſingularis Numeri nota, ut: Diewa/Deum. Merga/ Virginem. Bažniczia / Templum. Gèra/bonum.

(2) Cum Conſonante extra Accuſativum, Compoſitorum Adjectivorum numeri ſingularis, ut: Gerąji / ipſum bonum; plerumq; denotat participium præſens Maſculinum Activi, ut: Raſząs/ſcribens.

IV. è virgulâ ſignatum, denotat ſyllabam longam, ſive in nominibus, ſive in verbis.

V. ę caudatum, ſive in medio, ſive in fine conſtituat Syllabam, ſemper n in ſe continet, quod tamen in pronunciatione ſupprimitur.

(α) In Nominibus ultimam conſtituens ſyllabam ſine conſonante eſt nota Accuſativi ſingularis, Subſtantivorum Fœmininorum, ut: Bažniczę/templum. Wieſzpaczę/ Matrem familias. žèmę/Terram.

(β) Cum Conſonante ſ, facit participium Maſculinorum tum perfecti, tum futuri temporis, ut: Raſzęs/ſcriptus. Raſzyſęs/ſcripturus.

VI. į uti triplex eſt, ita & in Syllabis conſtituendis triplicem gignit obſervationem.

(1) į breve nullâ virgulâ per medium transfoſſum, brevem conſtituit Syllabam, ut: žinnau/ ſcio. Kittas/ alius.

(2) Virgulâ transfoſſum ɨ denotat

(α) in ſe continere n/ ſive hoc in verbis, & quidem ab initio, ut: drîſu/audeam; ſive in medio, ut: admiſu/ divinabo.

(β) ſive in nominibus in fine inveniatur conſtituens Syllabam ſine Conſonante, eſt nota Accuſativi ſingularis tum Maſculinorum, tum Fœmininorum, ut: Mèdi/lignum; zaſi/ anſerem; & ita in Pronominibus, ut: ſzi/ hunc. Kurri/ quem. Ji/eum.

(γ) Cum Conſonante ſ participii futuri in terminationibus au/ju/nu/ut: raſzîſes/ ſcripturus. Krikſztîſes/baptiſaturus. Mokîſes/docturus.

VII. Longum nos per y efferimus, & manet longum, ſive primam, ſive mediam, ſive ultimam conſtituat ſyllabam, ut: myliu/amo. Raſzyt/ ſcribere. Riſzys/vinculum.

(α) Nonnunquam ponitur loco in/ in compoſitione verborum, ut: yſakau/ pro inſakau/ indico.

(β) Conſtituit quoq; unam ſyllabam inter præpoſitiones, ubi valorem ing habet, ut: y Kiema/ in pagum.

VIII. Tertium j ut Latinorum Jod ſemper ſuum retinet valorem, ſive in principio, ſive in medio, ut: jůdas/niger. Wejas/ventus.

IX. u duplex apud Lithvanos habetur.

(α) alterum ſimpliciter in omnibus ſyllabis effertur, nunquam in v degenerat, ſed ſemper vocalis retinet valorem.

(β)

(ß) alterum vel virgulâ transfoſſum ʉ/ ſi primam aut mediam conſtituat ſyllabam, ut in verbis fit, indicat n ſubintelligendum, ut. Sʉſt/ qs. ſiunſt mittere. Apſkʉſt/qs. Apſkunſt/accuſare. Si ultimam, eſt nota accuſativi Subſtantivorum & Adjectivorum Maſculinorum terminationis us/ut: Mèdʉ / mel. Sunkʉ / gravem. Vel ſi circumflexu inſignitum û eſt ſignum Genitivi dualis & pluralis, tum Maſculinorum & Fœminorum Subſtantivorum, tum Adjectivorum declinationis, teſtante paradigmate.

X. Commata, puncta, & reliquæ diſtinctiones, in omnibus & ſingulis cum Latinis aut Germanis conveniunt, exceptis literis virgulatis, quæ ex uſu optimè & facillimè addiſci poſſunt.

## Sectio Secunda:

## De Voce Conſtitutâ.

1. Vox Conſtituta Grammaticè conſideratur vel Accidentaliter, vel Eſſentialiter.
2. Accidentaliter in voce conſideratur Accentus.
3. Accentus triplex eſt, uti apud Græcos; Acutus, Gravis, & Circumflexus. Sed hi non ſemper vocibus imponuntur, niſi interdum diſcriminis & perſpicuitatis gratiâ, ideoq; & uſus ipſorum optimus eſt Magiſter.
4. Acuto notantur Vocales á & é / in quibusdam vocibus, ubi accentus Vocales illas, ſeu longas,

ma-

magìs aperto hiantiq; qs. ore pronunciandas à cæteris diſtinguit, ut: Mánas/meus; tawas/ tuus; géras/bonus.

5. Gravi notantur Nomina nonnulla in is & us / ut; & in ís Adjectiva emphatica Maſculina, gèraſſis/ille bonus; ſzwentaſſis/ille ſanctus, cum fœmininis; Gèroji/illa bona; Szwentojì/illa ſancta; (ubi excipitur Didìſis/ille magnus:) & nonnulla Subſtantiva fœminina, ut: awìs/ ovis; akìs/ oculus; źiuwìs/ piſcis; Szirdìs/cor. Quæ tamen & his ſimiles voces in Accuſativo ſingulari, Nominat: Accuſ: & Vocativo plurali retracto accentu fiunt paroxytona, ut: áwi/ Ovem; áki/ Oculum; áwis/oves; ákis/ Oculos.

In us Adjectiva ſimplicia, ut: Sunkùs/gravis; Subſtantiva; źmogùs/Homo; Medùs/ mel; àlùs/Cereviſia; quæ etiam retracto accentu fiunt paroxytona, ut źmógui / homini; źmógu/hominem; álui/ cereviſiæ; mèdui/ melli. E contra, quædam nomina Maſculinorum in ſingulari ſunt paroxytona, in plurali oxytona, ut: Tákas / ſemita; takaì ſemitæ. Kélas/ via, Kelaì viæ; Et talis mutatio accentus occurrit etiam in verbis, præſertim terminationis in iu/ ut: rgegiu/ Video; reggì reg; in plurali; régime/ régite/ reg.

6. Circumflexô ſignantur 1. ultimæ ſyllabæ Genitivorum Pluralis & Dualis, ut: Senû denû/ antiquorum dierum. 2. Mediæ diminutivorum, ut: Gerôkas/mediocriter bonus; Silpnôk/as

nôkas/ ſubdebilis; Sunkôkas ſubgravis. 3. Verba terminationis iu & ju & futuri e & o/ ut: Mylês/ amabit; jeſzkôſu/inquiram; item imperativus; mylêk/ ama; jeſzkôk/ quære; tum infinitivus; mylêt/ amare; jeſzkôt/ quærere. 4. Adverbia nonnulla, ut: wisſadôs/ ſemper; atgalôs/ retrò, retrorſum. Obſerva 1. Præpoſitio per in compoſitione ex ſequentibus ſyllabis ad ſe retrahit, ut; pèrreggek/ perſpice; pèrkalbet/ perſvadere; pèrraſzyt/iterum ſcribere.

2. Quod de Etruſcorum linguâ dicitur, eam præter naturam lingvarum aliarum accentum collocare etiam ultra tertiam ſyllabam, idem de noſtrâ reverâ aſſeritur, ut: Rúpinasſi/ipſe mæret.

## Sectio Tertia.
## De Grammaticâ Vocis conſideratione eſſentiali.

1. Sic fuit accidentalis vocis Conſideratio. Sequitur nunc eſſentialis, cujus reſpectu Voces ſunt vel flexibilis, vel inflexibiles.

2. Flexibiles ſunt, quorum terminatio flecti poteſt; ſuntq; vel declinabiles, ut: Nomen, Pronomen, Participium; vel Conjugabiles, ut: Verbum.

3. Inflexibiles, quorum terminatio flecti non poteſt, ut: Adverbium, Præpoſitio, Conjunctio, Interjectio.

CAPUT.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-611239-p0037-6

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-611239-p0038-2

NB. I.

# TYPUS DECLINATIONIS.

## NOMEN SUBSTANTIVORUM. MASCULINORUM & FOEMININORUM.

| | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Singularis. Nomin. | as. | is/ys. | us. | ů. | a. | ia | e | i | is |
| Genitiv. | o<br>op/i. | io.<br>iop/i. | aus<br>ausp/i. | ſies/ens<br>iesp/i. | os<br>osp/i. | ios<br>iosp/i. | es<br>esp. | ics<br>iosp/i. | ies<br>iesp/i. |
| Dativ. | ui<br>iep/i. | iui<br>iep/i. | ui<br>iep/i. | ui<br>iep/i. | ai.<br>aip. | iei<br>iep/i. | ei<br>ep/i. | iei<br>iep/i. | ei<br>eip/i. |
| Accuſ. | a<br>ana. | i<br>ina. | u<br>una | u<br>una | a<br>ana. | ia<br>ion/a. | e<br>ena. | e<br>ena. | i<br>ina. |
| Vocat. | e | i | au | ůje | a | ia | e | i | ie |
| Ablat. | loc. eje.<br>inſtr. u. | ije<br>iu | uje<br>umi. | ije<br>imi. | oje<br>a | joje<br>ia. | eje<br>è | eje<br>è. | ije<br>imi/è. |
| Dualis. N.Ac.Voc. | u | iu | u | u | i | i | i | i | i |
| Genit. | û | iû | û | û | û | iu | û | û | û |
| Dativ. | am. | iem | iem. | iem. | om | jom. | em. | jem. | im. |
| Pluralis. Nomin. | ai | ei | us | es. | os | ios. | es | ios. | ys |
| Genit. | û<br>ump/i. | iû<br>iump/i | û<br>ump/i. | û<br>ump/i. | û<br>jump/i. | jû<br>jump/i. | û<br>jump/i. | û<br>ump/i. | iû<br>jump/i. |
| Dativ. | ams<br>amp/i. | iems.<br>iemp/i. | ums<br>ump/i. | iems<br>iemp/i. | oms<br>omp/i. | joms<br>jomp/i. | ems<br>emp/i. | ioms<br>iomp. | ims<br>imp/i. |
| Accus. | us<br>usna | ius<br>iusna. | us<br>usna. | us<br>usna. | as<br>asna. | ias<br>iasna | es<br>esna. | ias.<br>iasna. | is<br>isna. |
| Vocat. | ai | ei | us. | es. | os | ios | es | ios | ys. |
| Abl Inſtr. / Loc. | ůsa<br>ais. | jůsa.<br>ieis. | ůſa<br>umis. | isſa<br>imis. | oſa<br>omis. | iosa<br>iomis | esa.<br>emis. | oſa<br>omis. | isſa.<br>imis. |

## ADJECTIVORUM. MASCULINORUM. — PARTICIPIORUM.

| | SIMPLICIUM. | | | COMPOSITORUM. | | | PARTICIPIORUM. | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Nom. | as. | is. | us. | asſis | ysſis | usſis | as | es | ys. |
| Gen. | o<br>op/i. | io<br>ausp/i. | aus<br>iop/i | ojo<br>ojop/i. | jojo<br>jojop/i | auſojo<br>auſojop/i. | anczio.<br>ancziop/i. | enczio.<br>encziop/i. | inczio.<br>incziop/i. |
| Dat. | am.<br>amp/i. | iam.<br>iamp/i. | jam<br>iamp/i. | jamjam.<br>amjamp/i. | jamjam<br>jamjamp. | jamjam<br>jamjamp/i | ancziam<br>ancziamp/i | enciam.<br>encziamp/i. | incziam.<br>incziamp/i. |
| Acc. | a<br>ana | i<br>ina. | u<br>una. | aji.<br>ajina. | eji<br>ejina | uſi<br>ujina | anti<br>antina. | enti<br>entina. | inti<br>intina. |
| Voc. | asſis. | isſis | usſis. | asſis. | iſis | usſis | aſis | eſis. | iſis. |
| Abl Loc. / Inſtr. | ame<br>u | ime<br>u. | ume<br>u. | amjame<br>uju. | iamjame<br>ůju. | iamjame<br>ůju. | antime<br>ancziu. | entime<br>encziu. | intime.<br>incziu. |
| N. Ac. V. | u | iu | u | uji. | iuji | uji | ancziu | encziu | incziu |
| Gen. | û | iû | û | ujû. | jujû | ujû | ancziû | encziû. | incziû |
| Dat. | iem. | iem | iem. | jemjem. | jemſem. | jemjem. | antiem. | entiem. | intiem. |
| N. | i | i | usi | eji | uji. | uji | a | e | y. |
| G. | û<br>ump/i. | iû<br>iump/i. | û<br>ump/i. | ujû<br>ujump/i. | jujû<br>ujump/i. | ujû<br>ujump/i | ancziû<br>ancziump/i | encziû<br>enciump/i | incziû<br>incziump/i. |
| D. | iems.<br>iemp/i. | iems.<br>iemp/i. | iems<br>iemp/i. | jemſiems<br>ſemſiemp/i. | jemſiems<br>jemſiemp | jemſiems.<br>jemſiemp/i. | untiems.<br>antiemp/i. | entiems.<br>entiemp/i. | intiems.<br>intiemp/i. |
| Acc. | us<br>usna. | ius.<br>uſna | us<br>uſna | juſius.<br>uſiusna. | juſius.<br>juſiusna. | uſius<br>uſiusna. | anczius.<br>ancziuſa. | enczius.<br>encziuſna. | inczius.<br>incziuſna. |
| V. | eji. | ieji. | ejii. | eji | jeji | jeji | ajie | ejie. | ijie. |
| Abl Loc. / Inſtr. | uſa.<br>ais. | iůſa<br>ieis. | ůſa<br>eis. | ůſa<br>aiſeis. | jůſa<br>eiſeis. | ůſa<br>eiſeis. | ancziůſa<br>anczeis. | encziůſa<br>enczeis. | incziůſa<br>inczeis |

NB. Adjectivorum & Participiorum Fœminina cum Subſtantivorum in omnibus coincidunt.

Nota. Participiis Compoſitis duplicatur terminatio caſuum omnium, uti in Adjectivis Compoſitis per omnes numeros.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-611239-p0039-0

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-611239-p0040-2

# Caput. I.
# De Nomine.

1. Hîc agendum de Declinatione, & Nominis diviſione.
2. Declinationes Lithvanorum ſunt vel Subſtantivorum, vel Adjectivorum; eæq; vel Maſculinorum, vel Fœmininorum, & cognoſcuntur aut diſcernuntur Numeris & Caſibus.
3. Numeri apud Lithvanos Græcorum more dantur tres; Singularis, Dualis, Pluralis.
4. Caſus, ut in Latinâ linguâ, quidem ſex dantur ſaltem ſimplices, verùm cùm obliqui ob diverſas terminationes & ſignificationes duplices ſint, ideoq; decem numerari poſſunt, uti typus Declinationum [qui hic inſerendus] oſtendit. NB. I.
5. Regulæ de Declinationibus; & quidem de Declinatione Subſtantivorum Maſculinorum, quæ gaudet ſex terminationibus, ut as/ias/is/ys/us/ů.
   (1) Genitivus ſingularis numeri ab as fit o purè; ab is & ys/io cum i quieſcente; ab us/aus; ab ů/ies/ enes contractè ens.
   (2) Dativus in omnibns, exceptâ terminatione is & ys/quæ admittunt i quieſcens, coincidit.
   (3) Accuſativus deſinit ab as in ą/ab is in į/ab us in ų/ ab ů in u ſine virgulâ.
   (4) Vocativus ab as formatur regulariter in e/ab ias præcedente cz in te/ut: Swèczias/ſwètė; ab us in au; ab is in i; Excipe; Brolis/quod habet au; ab ys in y; ab ů/ie.

Excipi-

# Excipiuntur.

Nomina propria quæ plerumq; deſinunt in ay / in polyſyllabis verò ultimam abjiciunt, & in conſonantem terminant, ut: Jokubay/Jokub.

(5) Ablativus inſtrumentalis ab as deſinit in u purum; ab is & ys in u cum i quieſcente; ab us in umi; ab ů in imi.

(6) Ablativus localis, ab as in eje; ab is & ys/& ů in ije; ab us in uje.

Obſerva I. Terminatio is præcedente d in Genitivo, Dativo, & Ablativo inſtrumentali ſingularis numeri, ut & in Duali & Plurali omnibus caſibus addit ź ante ultimam ſyllabam, ut: źodis/ źodźio &c.

2. Terminatio is præcedente t mutat in dictis caſibus t in cź/ ut: paukſztis/ avis; paukſzczio. &c.

3. Reliquæ obſervationes, ſi quæ dantur, ne excreſcant pagellæ, tum in duali tum in plurali numero, ex typo obſervari poterunt.

II. De Declinatione Subſtantivorum Fœmininorum, quæ habet quinq; terminationes; a/ia/ i/e/is.

(1) Deſinentia in ia cum i quieſcente, retinent i in Genitivo, Accuſativo, Vocativo & Ablativo ſingulari, & per totum Dualem & Pluralem.

(2) Terminatio ti/ retinet i quieſcens per totum ſingularem, Genitivum & Dativum Dualis, & totum pluralem.

(3) Nomina Diminutiva in e & is deſinētia, vocativum ſingularem contractè formant, ut: Sunèlis/ filiolus, in Vocativo Sunèl. żuwèle. piſciculus. żuwèl.

(4) Vo-

(4) Vocativus in terminatione *a/ia/*& *e/*ſimilis eſt Nominativo.
(5) Ab hâc ordinariâ Declinatione deflectunt, **Moté**/ Uxor, & **Genté**/ Leviri, uxor; **Dukté**/ filia; **Seſsů**/Soror; & obliquis caſibus in ſingulari numero, & omnibus in Duali & Plurali **e** ultimæ ſyllabæ anteponunt.
III. Adjectivorum Maſculinorum Declinatio eſt vel Simplicium, vel Compoſitorum. Simplicium dantur tres terminationes **as**/ **is**/**us**. Compoſitorum itidem; **asſis**/**ysſis**/**usſis**.

## Nota.

Typum horum unà cum Subſtantivorum declinatione reperies.
Reg. (1) Dativus Singularis definit à terminatione **as** in **am**; à terminatione **is** & **us** in **iam** cum **i** quieſcente.
(2) Simplicia Vocativos à Compoſitis mutuantur.
(3) Nominativus pluralis ab **as** & **is** definit in **i**; ab **us** in **u**; qui tamen plerumq; eſt abundans.
(4) Fœminina tum ſimplicium, tum compoſitorum Adjectivorum cum Subſtantivorum Fœmininis in omnibus coincidunt; ideoq; ex typo addiſcenda.

## Caput II.

## De Diviſione Nominis.

1. Nomen dividitur reſpectu Originis & ſignificationis.
2. Ratione Originis venit in conſiderationem Figura & Species.

### Artic: I.

### De Specie.

1. Ratione ſpeciei eſt vel Primitivum, vel Derivativum.
2. Derivativa ſunt vel à Nomine, vel aliis partibus orationis.
3. A Nomine ſunt quatuor; Poſſeſſiva, ſub quibus & Gentilia continentur; Patronymica, Deminutiva, & Denominativa.

### Diſtinctio. I.

### De Poſſeſſivis.

Poſſesſiva & quidem à Subſtantivis tantùm ſunt Derivata, ut: Tiewainis/hæres, à Tiewas Pater. Namiſʒkis/Domeſticus, à Namai/Domus. Mieſʒczionis Civis, à Mieſtas/ Civitas. Laukininkas agricola, à Laukas ager. Karalauczonis/Regiomonta-

montanus, à Karaliauczius Regiomontum. Danckionis / Dantiſcanus, à Danckas Dantiſcum. Tilzenas Tilſenſis, à Tilze Tilſa. Jſtrutenas/ Inſterburgenſis, à Jſtrutis / Inſterburgum. Katenawizkis/ Cetenovienſis, à Katenawa/Catenovia. Pruſſas/ Boruſſus, à Pruſa/Boruſſia. Lietuninkas/ Lithvanus à Lietuwa/ Lithvania.

## Diſtinct: II.

## De Patronymicis.

Patronymica à Subſtantivis, in ſpecie verò à propriis, aut etiam officiorum nominibus tantùm ſunt, ut: Adomaitis/ Adami filius, ab Adomas Adamus. Jokubaitis Jacobi filius, à Jokubas/ Jacobus. Karalunas/Regis filius, à Karalius/Rex. Ercikaitis/Principis filius, ab Ercikis Princeps. Kunigaikztis/ Principis filius, à Kunigas Princeps. Klebonaitis/ Paſtoris filius, à Klebonas/Paſtor.

## Diſtinct: III.

## De Deminutivis.

Deminutiva à Subſtantivis & Adjectivis promiſcuè, ut: Ponelis/Herulus, à Ponas/Herus. Waikelis/ filiolus, à waikas filius; zmoguttis/homuncio, à zmogus homo. Lituttis/pluviola, à litus pluvia, Dukteraite/ filiola, à dukté filia. Zuwèle piſciculus

à žuwis piſcis. Jůdôkas/ſubniger, à Jůdas Niger. Silpnôkas/ſub debilis, à Silpnus debilis. Gèerôkas/mediocriter bonus, à gèras bonus. Saldôkus/ſubdulcis, à ſaldus dulcis.

Obſerv. (1) Deminutiva ſeqvuntur naturam ſuorum primitivorum & genere & terminatione plerumq; cõveniunt, ut: à Jůdas/Jůdôkas/à ſaldus/ſaldôkus Sic à terminatione Maſculinorum žodis Verbum, žodelis verbulum. Hîc nota, quôd à terminatione Fœmininorum is terminatio deminutivorum in e fiat, ut: ſžirdis Cor, ſžirdele Corculum.

(2) Lithvani in deminuendo ſunt feliciſſimi, & deminutivorum deminutiva eloqvuntur, ut: žmoguttis/žmoguttelis Homuncio. Mergaite/Merguttele/puella. Silpnôkas/Silpnintelis. ſubdebilis.

(3.) Unius vocis multa dantur ſimul deminutiva & deminutivorum deminutiva, ut: brolis/frater, brolelis/broluttis/broluttelis. Seſſů Soror, ſeſſutte/ſeſsèle/ſeſſuttèle. Jonas/ Johannes, Jonkus/ Jonelis / Jonkutelis/ Jonuttis/ Jonuttelis.

## Diſtinct: IV.

## De Denominativis.

Denominativa à Subſtantivis itidem & Adjectivis indifferenter, ut: Gelležinnis ferreus, à Gelležis ferrum. Kunižkas Corporeus, corporalis, à Kunas Cor-

Corpus. Teiſybe Juſtitia, à Teiſus Juſtus. Wiezlibummas honeſtas, à wiezlibas honeſtus. Patogyſte & Patogummas Commodotas, oportunitas, à Patogus commodus, oportunus. Grazybe/ grazumma/Pulcritudo, à grazus Pulcher. Kantrybe Kantrummas/Patiẽtia, à kantrus patiens.

4. Derivata ab aliis Partibus Orationis.

(1.) Nomina Verbalia, quorum Subſtantiva plerumq; exeunt in imas/ut: iſzguldimas/ Explicatio, Pamokinnimas / Doctrina. Sakimas ſermo, concio. Priliginimas / Comparatio. Pajunkimas/Conſvetudo. Nonnulla etiam in a deſinunt, ut: Kalba/ſermo, à kalbu loquor. Pabaiga/finis, Concluſio, à pabaigu finio. Waldzia Dominium, Regimen, à waldau rego. Et in e vel etiam in is/ ut: Negale/infirmitas, à Negallet/infirmari. Korône/pœna, à korôt/ punire. Nůtartis/Calumnia, à Nůtarriu/calumnior.

Nota: Qvæ Nomina in imas tertiæ & qnartæ terminationis deducuntur, ut plurimùm à præſentis Indicativi ſecundâ perſonâ, ut: apczyſtijimas/ mundatio, ab abczyſtiji/ mundda, addito mas. Waddinnimas/ vocatio, à waddinni/ vocas. Pamèttimas Amiſſio, à pametti/amittis.

Nonnunquã etiam à Præterito primo & ſecundo Verborũ primæ, ſecundæ & tertiæ terminationis, ut: Raſzimas/ Scriptio, à Præt: primo Raſzidawau/ abjecto dawau & addito mas. Tarnawimas/ ſervitus, à Tarnawiau/ſervio. abjecto au/& addito

mas. Palowimas/ceſſatio, à palowiau. Ceſſabam. Sic enim quæ fiunt à verbis terminationis ſecundæ, formantur â Præt: primo, ut: Kentejimas/ paſſio, à kentejau/ patiebar, abjecto au & addito imas. Sic: ʒaddejimas promiſſio, à ʒaddejau/ promittebam. Ita etiam Derivata à verbis irregularibus in mi/ ut: Dawimas/donatio, à dawjau/ donavi. Ejimas/ambulatio, ab ejau/ambulabam.

(2) Nomina Verbalia Adjectiva terminantur in as & us/ ut: ſʒwentas/ſanctus, à ſʒwencziu ſanctifico. Sweikas/ſanus, à Sweikſtu/Sanor. Rabbùs/penſilis, à Rabbu pendeo. Drebbus/tremebundus, à drebbu/tremo. Rûſtus/iracundus, à rûſtawju/iraſcor. Rûkſʒtus/ acidus, à Rûkſʒtu/ aceſco. Et talia multa & innumera dantur Adjectiva, quæ uſus optimè docebit.

*(3)* Participialia; ut: Esſybe/eſſentia, ab esſás/ exiſtens. Et quæ ex Participiis in Nomina degenerant, ut: Mokytas/doctus, Pagirtas/ benedictus. Pripraſtas/asſvetus. Jſʒganytas/beatus. Turrys/ locuples. Reggys/oculatus. Tikkys/credulus.

(4*)* Adverbialia; Tolus/remotus, à toli/ longè. Artimas/propinqvus, ab arti/propè.

## Artic: II.

## De Figurâ.

Figura Nominum eſt vel ſimplex, ut: Mokitas/ doctus; vel Compoſita; ut: nemokitas. Indoctus.

Nota.

## Nota.

Annotatione, multifariæ compoſitionis cum omnibus ferè Orationis partibus, ne in innumerum excreſcant numerum pagellæ, & quia ex uſu facilè & optimè cognoſci poteſt, ſtudiò hîc ſuperſedemus.

## Artic: III.

## De Diviſione Nominis reſpectu ſignificationis.

1. Nomen juxta ſignificationem eſt vel Subſtantivum vel Adjectivum.
2. Subſtantivum, vel proprium, vel appellativum.
3. Proprium, quod uni ſaltem rei convenit, ut: Pètras/Petrus. Powilás/Paulus.
4. Appellativum, quod multis eſt commune, ut: źmogus homo. Mieſtas/Urbs.
5. Utrumq; vel mobile, vel immobile.
6. Subſtantivum mobile eſt duarum terminationum; ut: Karalius/ Rex, Karalene/Regina. Pètras Petrus, Pèttrene/Petri uxor. Wieſźpats/Paterfamilias, Wieſźpatene/Mater familias.
7. Adjectivum eſt vel primitivum ſeu ſimplex ut: gieras/bonus; diddis/magnus: Sunkus/gravis.
8. Vel Compoſitum emphaticum ſeu apodicticum; ideò dictum, quia ex Adjectivo ſimplici & Pronomine jis & ji/quod euphoniæ cauſâ in Maſculino

in ſis mutatur, in fœmino autem retinetur, componitur, & majorem habet emphaſin, quaſi eum monſtrans, de quo loquimur, ut: Gieraſſis/ille bonus. Gieroji/iila bona. De quo conſulendum Paradigma.

9. Cognoſcitur autem Diviſio Nominis reſpectu ſignificationis vel reſpectu ad genus, vel ad augmentationem & deminutionem.

## Diſtinctio I.

## De Genere Nominis.

1. Genera Nominum ſunt duo; Maſculinum & Fœmininum. Unicum datur tantum Generis communis, ut: Trys/tres.

2. Genera Nominum cognoſcuntur;

### I. Significatione.

Reg. I. Nomina Virorum, Officiorum, Virilium, Deorum, Spirituum, Menſium & Canum, ſunt generis Maſculini.

(1) Virorum, ut: Adomas/ Adam; Jurgis/ Georgius. Jonas/Johannes. Powilas/ Paulus. Mikele/Michaël.

(2) Virilium officiorum, ut: Burgmiſtras/Conſul. Szaltiſzius/Judex. Sudzia. id.

(3) Deorum, ut: Raukas. Gabwartas. Gabjaujis. Deus horreorum.

(4) Spirituum, ut: Szėtonas/Satanas. Wėlinas/ Diabolus. Beſas. idem.

(5) Menſium, ut: Waſſaris Januarius. Ro-was/Februarius. Karwėlinnis/Martius.

(6) Canum, ut: Keiteris/ Turkus/ Paſſonas.

Reg II. Nomina Mulierum, muliebrium officiorum; Dearum, urbium, pagorum, regionum & arborum, ſunt generis Fœminini.

(1) Mulierum, ut: Annuſze / Anna. Margrita/ Margareta. Tuſze / Dorothea. Benina / Benigna. Sape/ Sophia.

(2) Officium muliebrium, ut: Aûkle/ Nutrix. Uſzininke/Szeſzawninke. Puerpera.

(3) Dearum, ut: zemina/ Ceres, zemies pati. it.

(4) Urbium, ut: Rſtrutis/ Inſterburgum. Tilze/ Tilſa. Klaipeda/Memela.

(5) Pagorum, ut: Kâtnawa/Cattenovia. Gumbinne. Cumbinna. Waiſzwillis/ Waitzvvillum.

(6) Regionum, ut: Pruſa / Pruſſia. Lietuwa/ Lithvania.

(7) Arborum, ut: Obelis/ Malus. Krauſzis/ Pyrus. Lazda. Nux.

## II. Terminatione.

Reg. I. Nomina deſinentia in *a/ ia/ e* & *i*/ſunt generis fœminini, ut: Siena/paries. zeme/terra. Wieſzpati/ hoſpita.

Excipiuntur hîc: Sluga/ Servus; & Diminutivum Slugele/famulus. Skribele/ Scriba. Wažniczia auriga. Karla/ pygmæus, ſunt generis Maſculini.

Reg. II. Nomina in as/ us/ ius/ & jis/ item Participia in as/ es/ & ys/ Maſculina ſunt; ut: Ponas/ Dominus. Abrozas/imago. žmogus/ homo Karalius/ Rex. Ożys/ hircus. Esſas/ exiſtens Pawarges/Pauper. Turrys/ locuples. Huc pertinent omnia contracta in bs/ ds/ ks/ ls/ ms/ ns/ os/ rs/ ts/ ws/ deſinentia, ut: Szlibs/ lippus Nepaklus nums/inobediẽtia. wieſz pats/ Paterfamilias, &c.

Reg. III. Nomina deſinentia in ů/ Maſculina ſunt, ut: akmů/lapis. Liemů/trabs Menů/Luna. Melmů/ Calculus. Excip: Sesſů/Soror, quod Fœmininum eſt.

Reg. IV. Nomina finientia in ìs cum gravi in ultimâ, Fœminina ſunt, ut: žaſis/ anſer. Bullis/ Nates. Kibirkžtis/ſcintilla. Awìs/Ovis. Akìs/oculus. Obellis/malus. Anglis/Carbo. Szirdis/Cor. Winnis/Clavus.

16. Forma hujus Conjugationis ſeqvens eſt in Præſenti peculiarem habent formationem, in Imperfecto mutuantur terminationem ab iu cum quieſcente i/mi in au vel ejau vel ojau mutato, ut:

| | | | |
|---|---|---|---|
| Emi | Ejau. | Sergmi | Ejau. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| Giemi | dojau. | Demmi | dejau. |
| Siauſtmi | ejau. | Saugmi | ojau. |
| Gielbmi | Gielbejau. | Cziauſtmi | ejau. |
| Miegmi | Ojau. | | |

Obſerv. Verba Liekmi/ Volo & Sniegmi/ ningo imitantur formationem terminationis u/ facitq; Imperfectum, ut Mokinnau/ Likkau/ Sniggau.

17. Perfectum ſecundum formatur ab Imperfecto au in dawau mutato, quæ ex formâ Verborum in mi elucebit.

18. Reliqua tempora cum Modis omnibus ſecundum formam Terminationum iu/ Ju & nu/ formantur.

19. Qvia Verbum Esmi/ Sum, clavis omnium Verborum audire dignatur, ideò illud meritò in acie ſtatuendum à Grammaticis neceſſarium ducitur; Nam omnium ſimpliciſſimum & irreſolubile, in qvod omnia reſolvi poſſunt Verba, quippe cum Terminationes tum Activorum, tum Paſſivorum ab illo dependeant, operæ itaq; pretium duximus, illius Paradigma, quia notum cuiq; ſit oportet, in typum conjugationis ſimul ingerere ubi videri poteſt.

20. Tantum de Formatione Activorum cum Neutris. Sequitur Paſſivorum Forma

CAPUT.

# Caput VI.

## De Paſſivis.

1. Paſſiva ut omnia ſua Tempora cum Participio & Verbo ſubſtantivo circumſcribunr, nullasq; alias terminationes, quàm quæ Participia communicant, ſibi vendicant, ideoqve ex Participiorum Paſſivorum numero eorum cognitio acquirenda.

2. Participium Præſens, tum Præſenti, Imperfecto, Perfecto primo, & Futuro Indicativi, Præſenti Imperativi, & Conjunctivi dat formationem, hoc obſervato diſcrimine, quod ubiq; tempora Verbi Sum addantur Temporibus & Modis convenientia, ut forma clarius docebit.

3. Participium Præteritum ſecundum format & Perfectum ſecundum addito Præſenti Esmi/& Plusquamperfectum, addito Buwau Indicativi; Item Perfectum addito Bucżia Conjunctivi.

4. Infinitivus Præſens Paſſivi formatur à Participio Præteriti temporis Numeri Dualis & Infinitivo But.

5. Perfectum à Præſenti & Præterito Dualis Numeri, & Perfecto Infinitivi Verbi Subſtantivi, uti Typus docebit.

Cap.

# Caput. VII.
## De
## Defectivis & Imperſonalibus.

1. Dantur quoq; Verba defectiva apud Lithvanos, quæ ex uſu acquirenda. Quædam huc apponemus; v. gr.

Acź ] Porrige, da, in Plur: [ Acźte ] Porrigite,<br>
Neſź ] [ Neſźte ] date.

Tè / Accipe, in Imperativo tantùm; Duplicatur quoq: Tè Te.

2. Inveniuntur & Imperſonalia, quæ in tertiâ perſonâ ſaltem conjungantur, & quidem;

(1) à Neutris imprimis deſcendentia, quàmplurima, ut: Auſzta / Illuceſcit. Fut: Auſz Apſlyſt Garoja / vaporat. Fut. Garôs. Graudź / Tonat. Laſza / ſtillat. Fut. Laſzes. Lija / pluit. Fut. Lys. Nusſidůſt / Contingit. Fut. Nusſidůs. Pridèra / Convenit. Regiſi / videtur. Reik / decet, oportet. tet. Sniegt / Ningit. &c.

(2) Nonnulla à Paſſivis originem trahunt, ut: Sakoma yra / Dicitur. Giedama yra / Cantatur. žinnoma yra / Cognoſcitur.

(3) A Verbis Compoſitis oriuntur, ut: Klaus-ſasſi / Qværitur. Prasſideſt / Naſcitur.

(4) Abſo-

(4) Abſolutè quoq; nonnulla ponuntur, ut: Saka/Kalba/Bila; Dicunt, ferunt, perhibent.

(5) Imperſonalia per tempora regularia in Neutro vel Activo juxta Perſonalium Conjugationem, in tertiâ perſonâ conjugantur.

(6) Imveniuntur etiam, quæ uno ſaltem tempore gaudent, ut: Liub/Lubet. Tieg/Tiegal/Tiegales; Dixit, dicebat, ajebat.

# Caput VIII.

## De Participio.

1. Participia, quibus Lithvani maximè delectantur, & feliciores in illis inveniuntur præ reliquis, formantur ab omnibus Verbis cujuscunq; ſint Generis.

2. Significationem ſui Verbi retinent, à quo formantur; Hinc alia Activè, ut: Raſzas/ ſcribens. Raſzidawes/ ſcribere ſolens; alia Paſſivè, ut: Raſzytas/Scriptus. Raſzyſamas/ Scribendus, alia Neutraliter ſignificant, ut: Begas/ Currens.

3. Tempora Participiorum dantur & in Activâ & Paſſivâ ſignificatione tria; Præſens, Præteritum, Futurum.

4. Præſens in Activo duplex; alterum in as/aut ys vel es/ut: Raſzas/ Scribens. Mokinnas/docens.

cens. Regys/videns. Liejes fundens; alterum in damas/ut: Raſzydamas/Liedamas. In Paſſivo in amas/ut: Liejamas; vel omas/ut: Raſzomas.

5. Præteritum Activi in es/ut: Wadinnes Vocatus Reggejes/Viſus; Paſſivi in tas/ut: Raſzytas/Scriptus.

6. Futurum Activi in es/ut: Raſzyſes/Scripturus; Paſſivi, quod duplex; Unum in amas/ut: Raſzyſamas/ ſcribendus; alterum in inas/ ut: Raſzytinas/idem.

7. Terminationes Participiorum ſunt vel Maſculinæ, vel Fœmininæ. Maſculinæ ſunt, in as/es/ys. Fœmininæ in a & i.

8. Maſculinæ Activorum peculiarem ſibi vendicant declinationem, quæ tamen ſi ſaltem quædam obſerventur, ad Adjectivorum ſimplicium, uti Typus docet, referri poſſunt. Et hoc etiam in Fœmininis obſervandum, quæ tamen plerumq; ſeqvuntur terminationes a & i Fœmininorum.

9. Paſſivæ vocis Participia Adjectiva in as & a merè ſeqvuntur.

10. Degenerant a. Participia ſæpe in Nomina, & quidem.

(1) Qvando cum Adverbio, cum quo ipſum verbum

bum compoſitum, componuntur, ut Nèmokytas / Indoctus. Nègirdetas / Inauditus.

(2) Cum amittunt temporis ſignificationem, ut: Miletinas / dignus amoris. Plaktinas / vapulandus. Mokytas / Doctus.

(3) Quando Comparationem admittunt, ut: Papeiktas / Papeikcziauſas. Contemptus, contemptiſſimus.

# Sectio VI.
## De
## Voce Conſtitutâ Inflexibili.
### Cujus eſt
## Articulus I.
### De
## ADVERBIO.

1. Adverbio accidunt Significatio & Comparatio.

2. Significationes Adverbiorum ſunt plurimæ pleræq; & potisſimæ ſequenti numerantur ordine.

### I. Loci.

Hujus ſunt 1. In loco: Kur / ubi. Szonai / hîc Czionai / ibi. Aure / tenai / illic. Szitènai / iſthic Widdui / inſtus. Wirſzui / ſupra. Apaczioi / infra. Kurſtel / Kurſtellai / Procul.

2. Ad

2. Ad locum: Katrul/ quò? Szenai/ Sze/ huc. Tenai te iſthuc. Laukan/ foras. Aukſztin/ ſurſum zemin/ deorſum. Prieſzais/ obviam. Aurenai/ eò. Toli/ procul. Atgalios/ retrorſum.

3. De loco: Iſzkur/ Unde? Iſz te/ illuc inde.

## II. Temporis.

ut: Kaddai/ quando? dàbar/ nondum. Uſzwakar/ nudius tertius. Kartunta/ aliquaudo. Dabbàr/ nunc jam. Wakar/ heri. Sennai dudum. Andai/ olim.

## III. Accelerandi.

ut: Tojau & Tojaus/ ſtatim. Greitei/ ſubitò. Welai/ ſerò. Senai/ diu. Weikei/ Skubiei/ repentè. Tankei/ ſæpe. Pirm to/ antea Ritoi/ cras. Poritoi/ perendie. Nèſènnei/ nuper. Kadda/ quando. Tadda/ tunc. Ankſti/ manè. Tojau/ mox.

## IV. Ordinis.

ut: Potam/ deinceps Paſkui/ poſtea. Pirm neng antequam. Gallauſei/ deniq;. Paſkiauſei/ tandem.

## V. Iterandi.

ut: Wel/ iterum.

## VI. Interrogandi.

ut: Kodiel/ Kodielei/ Cur? Kam/ quare? Arnè/ nonne? Ar/ num? Argi/ anne, an?

## VII. Reſpondendi.

ut: Taip/taipo/ ita. Szitaip/ſic.

## VIII. Affirmandi.

ut: Tikrai/Certè. Kurnè/quidni. Butent/ ſcilicet, nempe. Jrgerai/reverà.

## IX. Negandi.

ut; Nè/ non. Nieku budu/Niekaip/nullo modò, neqvaqvam. Nei/nec. Neigi/neq;.

## X. Demonſtrandi.

ut? Antai Szitrai Ecce. Wei/en. Anas kat / ecce iſte. Sziskat/ecce hic. Taſkat/ecce ille.

## XI. Explanandi.

Ut: Jdant/ut: Tatai/id eſt. Jei/ſive.

## XII. Optandi.

Ut: O/ak/jeib/ Utinam!

## XIII. Similitudinis.

Ut: Kei/quaſi. Kaip/ceu. Kaipo/ quomodo.

## XIV. Diverſitatis.

Ut: Kitaip/aliter. Nengnèkaip/quàm.

## XV. Qvantitatis.

Ut: Daug/daugel/ multum. Maz/menk/parum. Ganna/ ſatis.

## XVI. Qvalitatis.

Ut; Gerrai/benè. Piktai/malè. Rodas/libenter. Iſztieſôs/ ſeriò, certò. Nèkaltai/ impunè. Waggik znai/furtim. Atwirai/apertè.

## XVII. Intendendi.

Ut: Abelnai/ omninò. Diddei/ maximè. Labai/ valdè. Baiſai/admodum.

## XVIII. Remittendi.

Ut: Wôs/vix. Wôs nè wôs/vix ac ne vix quidem.

## XIX. Congregandi.

Ut: Draugei/ſimul, unà. Podraugei/conjunctim.

## XX. Excludendi & Segregandi.

Ut. Tikt/tiktai/ ſolum, tantummodò.

## XXI. Erigendi.

Ut. Ipaczei/præcipuè, imprimis.

## XXII. Dubitandi.

Ut: Raſsi/ forſan, forſitan.

## XXIII. Eventus.

Ut: Artes/ Arteni/ Arret/ forſan, procul dubio. Mazu/idem. Neticzomis/Caſu.

## XXIV. Hortandi.

Ut: Nuz/ Nuze/ Nuzeggi/age, agite.

3. Comparatio Adverbiorum eſt vel orta ab Adjectivis Comparabilibus; ut:

| Poſit. | Comp. | Superl: |
|---|---|---|
| Aukſʒtai. altè. | Aukſʒcziaus/ altius. | Auſʒcziauſei/ altiſſimè. |
| Gerrai/ benè. | Gerriaus/ melius. | Gerriauſei/ optimè. |
| Piktai/ malè. | Piktcziaus/ pejus. | Piktcziauſei/ peſſimè. |

Vel non nata ex nominibus, ſed uſu approbata,

| | | |
|---|---|---|
| Daug/ multum. | Daugiaus/ magis. | Daugiauſei/ maximè. |

Artic: II.

## Artic. II.

# DE PRÆPOSITIONE.

1. Sunt Præpoſitiones vel ſeparabiles, vel Inſeparabiles.

2. Separabiles, quæ ſeparatim & extra compoſitionem uſurpantur, ut; Pro/Be/Su/Delei &c.

3. Separabiles ſeqventi modo dividuntur, quatenus regunt.

I. Genitivum, & ſunt Novem, ut: Ant/ſuper. Bè/ſine. Arti/propè. Delei/propter. Tarp. inter. Prie/prieg/apud. Nu/Nůg/A. iſz/ex. Pirm/ante.

II. Accuſativum, ſuntq; Novem; ut: Prieſz/Contra, adverſus. Paſkui/poſt. Per/per. Apie/de Aplink/aplinkui Circum, circa. Pro/pro Pas. apud, penes, ſecus. J/ing/in. Linkai/verſus.

III. Dativum, ut, ik/ikki. usqve

IV. Genitivum & Accuſativum, ut: uſz/Propoſt. Pagal/juxta.

V. Ablativum, ut: Po/ſub, ſubter. Ante/coram. Su/cum. Ties/coram.

4. Inſeparabiles quæ ſeparatim extra Compoſitionem non uſurpantur, ut;

Ad ſignif: German: Er/über/wieder/Adgawnu/ Recupero, erlange/überkomme/wiederbekomme.

Ab/Ap/Appi/Apſi/ſignif; interdum be/ut: Abbarſtu/beſtreüe/ interdum ver/ut: Apſlepju/verberge;

ge; interdum umb/ut: Apſikabinnu/umbfahe; interdum über/ut: Apturriu/ich überkomme.

At/atra/wieder/ut: Attadůmi/reddo. Idem ent/ut: Atſzwenczin/entheilige; interdum auff/ut: Atwerriu/mache auff.

Par/Ver/ut: Pardůmi/Verkauffe; interdum nieder/ut: Parmettu/werffe nieder/interdum zu/Pareimi/komme zu Hauſe.

Is/Isſi/Ver/ut: Isſimettu/verwerffe.

Nu/herab/herunter/ut: Nuimmu/nehme herab. Numettu/werffe herab.

Pra/Ver/ut: Prawarau/Verjage. Prariju/Verſchlinge.

Pri/an/ut: Priimmu/nehme an.

Pa/Ver/ut: Pawargſtu/Verarme/interdum, auff/ut: Paimmu/nehme auff.

Besſi/als das/ut: Besſi peſzin/ ich thue nichts anders/als daß ich mich rauffe. Besſimuſzu/ich thue nichts/anders/als daß ich mich ſchlage.
Bè/ idem, ut: Bègerriu/ich thue nichts anders/als daß ich trincke. Bèvalgau/nichts anders als daß ich eſſe. Bèmiegmi/nichts anders als daß ich ſchlaffe.

## Artic. III.

# DE CONJUNCTIONE.

1. Conjunctiones ſeqventi modo dividuntur; suntq;

I. Co-

## I. Copulativæ.

Ut; Ir/Bei/idem.

## II. Disjunctivæ.

Ut: Ar/Argu/Aut. Alba/abba/ vel.

## III. Diſcretivæ, Adverſativæ, & Connectivæ,

Ut: Bèt/ Sed. Bettaig/ Sed enim. Raczei etſi. Cziuſta/ quidem. Tacziau/ Verum, veruntamen, tamen, Jůg.

## IV. Expletivæ Approbativæ;

Ut: Butent/Nempe.

## V. Cauſales Conditionales rationem reddentes,

Ut: Raddang/Qvoniam. Neſa/nam. Jeine/ niſi.

## VI. Rationales Collectivæ,

Ut: Todiel/Togidiel/ideo, ergò, igitur.

## VII. Dubitativæ.

Ut: Beg/Beggu/An. Bau/utrum.

## VII. Diminutivæ.

Ut: Tikt/tiktay/ſaltem.

## Artic: IV.

## De INTERJECTIONE.

1. Interjectiones apud Lithvanos raræ inveniuntur; Suntq; aliæ
I. Admirantis, ut: Ai/ei/ei.
II. Indignantis, ut: O/ak/boddai.
III. Comminantis, ut: Nu/nu.
IV. Dolentis, ut: Ai/ei/ak.
V. Lachrymantis, ut: Ui ui ui.
VI. Ridentis, ut: Ha ha ha.
VII. Faſtidientis, ut: Tzui/czui/Pui.
VIII. Irridentis, ut: a a.
IX. Silentium præcipientis; ut: titcz/cit/ſt.pſt.

2. Hæ, & quæ fortè aliæ dantur ex quotidianâ Collocutione Lithvanorum requirendæ & obſervandæ ſunt.

## Sectio VII.

## DE SYNTAXI LITHVANORUM.

1. In Syntaxi non omnia, ſed tantum ea proferenda putamus, quæ à Latinæ lingvæ analogiâ vel omnino recedunt, vel ad analogiam Latinæ primâ ſtatim fronte revocari nequeunt.

CAP.

# CAPUT I.

## De Syntaxi Nominum.

### I. Reg.

Lithvanis Adjectivum & Subſtantivum , Latinâ conſvetudine, eodem genere, numero, & caſu coharent, ut: Geras/tetis/Bonus pater. Gera Moczîutte/Bona Mater.

### Annot: 1.

Pronominum Poſſeſsivorum Manas/Tawas/Sawas/id eſt, meus, tuus, ſuus, ſæpiſſimè Genitivo ſingulari per omnes caſus & numeros utuntur, ut:

| | | | |
|---|---|---|---|
| Mano vel Mana | Tetis | Mei. | Pater. |
| | Teczio | | Patris. |
| | Tecziui | | Patri. |
| | Teti | | Patrem. |
| | ô Teti | | ô Pater. |
| | Tetije/Tecziu | | Patre. |

### Annot: 2.

Non nunquam Ajectivum cum duo vel plura ſunt Subſtantiva in unâ oratione, tribuitur per Syllepſin Maſculino tanquam digniori generi, ut:

Tetis

Tetis ir Moczutte miletinu. Pater & Mater amandi.

Diewas/ Tetis ir Moczutte miletini. Deus, Pater & Mater amandi.

## Annot: 3.

Sæpius eleganter Subſtantivum infertur, more Græcorum in Genitivo caſu, ut;

Paikieji zmoniû/ pro Paikieji zmones; Μάταιοι τῶν ἀνθρώπων, pro ἄνθρωποι, Homines vani.

Daug zmoniû; Multi populi.

## Annot. 4.

Interdum additur Genitivo Subſtantivorum ejusdem Nominativus loco Adjectivi imprimis ſi Intenſio ſignificanda velut Hebræi conſvevêre ut: Dûbjû Dûbês Fovearum Foveæ pro Dûbes labai diddes gilles/ magnæ, profundæ, foveæ. Balû Balos Abyſſorum Abyſſi pro Balos pikcziauſos.

## II. Reg.

Numeralia, Cardinalia à Decem incluſivè usq; ad Viginti Genitivum adſciſcunt ut: Deſzimtis Priſakimû / Decem Præcepta Wienolika Wirû Undecim Viri. Dwilika Apaſztalû Duodecim Apoſtoli &c. his additur qvoq; Tukſtantis: Mille ſubſtan-

ſtantivè ſumptum ut; **Tukſtantis žmonu** mille hominum.

Addendi his qvoq; ſunt Superlativi, ut: **Wiſsû gierauſis/** Omnium Optimus **Piktybjû piktežiauſoji** Vitiorum peſſimum.

Non rarò tamē adhibentur Præpoſitiones **tarp** inter. **iſž** ex, ut: **tarp/iſž wisſû Prietelû ſžis gierauſeſsis** inter omnes Amicos vel ex omnibus Amicis hic optimus eſt.

## III. Reg.

Comparativi Lithvanici requirunt vel Nominativum interpoſitâ dictione **Neng** vel **Nekaip**; ut: **Sopoſtingas gerèſnis nekaip turtingas**; Frugalis melior eſt qvàm dives. Vel Accuſativum interpoſitâ dictione **Uſž** / ut: **Sopoſtingas gerèſnis uſž turtinga**. Vel Genitivum cum Præpoſitione **tarp** ut: **tarpſžiû Dwejû ſžis yra Wiernesnis**. ex his duobus Sic fidelior.

## IV. Reg.

Nomina Adjectiva à Verbis deducta, ut & Participia, cùm in Nomina degenerant, recipiunt Genitivos, ut:

**Eedings**

Godings Garbês. Cupidus laudis.
Trokſztas iſzganimo. Sitiens ſalutem.
Nepaprates Darbo. Inſvetus laboris.
Bijas Smerties. Timens mortem.

## V. Reg.

Wertas/Newertas/Gadnas/Kaltas/Græcorum Imitatione ſimpliciter. Genitivos adſciſcunt,ut:
Wertas Garbês. Dignus honore.
Kodel tu werta argu nè werta to wardo Sakyſu. Digna tuo curſis indignaq; nomine, dicam.
Gadnas kaltas Smerties/Dignus morte.

## VI. Reg.

Adjectiva ſignificantia commodum vel incommodum, gratum vel odioſum, itemq; ea,quæ ſimilitudinem, æqualitatem, vicinitatem, ſignificant Dativo junguntur,ut:

Reikiamas. Priwalomas. Naudingas. Dekingas. Sunkus. Ligus. Artimas. Raunas.

## VII. Reg.

Adjectiva quibus dimenſio ſignificatur, & certam

menſuram recipiunt vel in Genitivo, vel in Accuſativo, vel in Ablativo Caſibus uſurpantur, ut:

Szis Menů { Ketturiu Nedeliu / Kettures Nedeles. / Ketturomis Nedeliomis } ilgas

Exceſſus autem menſuræ aut temporis ſi denotetur tantum in Ablativo caſu ponitur, ut:
Aukſztèſnis Plaſztaka. Major palmo.
Wirèſnis mètais. Senior Anno

## Caput. II.

## De SYNTAXI VERBORUM.

### I. Genitivus cum Verbo.

### Reg. I.

Verba deſiderativa, timendi, perturbandi, faſtidiendi, obliviſcendi, obediendi, negandi, memoriæ, liberandi &c. Genitivo gaudent, ut:

Deſiderativa: Gaudźiu. Geidźiu. Godźiůs. Goſziůs. Laukiu. Siekiu. Striebjůs Werkiu. Slandoju. Baubju. Balawju. Dabbojůs. Duſauju. &c.

Timen-

Timendi vel Perturbandi: Bijaus / Jsſigaſtu. Gedžiůs. Atboju tawes.

Faſtidiendi; Nuboſtu. Nuprantu. &c.

## Reg. II.

Verba Privativa ſive cum Nè / id eſt, Non, compoſita, Genitivum & Accuſativum adſciſcunt; elegantius Genitivum, ut:

Tè nè pérgal tawe l. tawes Piktybe. Rom. 12. Ne vincat te malum.

Nè radau tokie Wiera :/: tokios Wierôs Jzraelè. Non inveni tantam fidem in Iſraël. Matth. 8, 10.

Nieko nè màte tikt Jezu wiena. Neminem viderunt, niſi Jeſum ſolum Matth. 17, 8.

Nèiſzmane žodžius (žodžiû) kurrius ſu jeis. Kalbejo. Non intellexerunt verbum quod locutus eſt ad eos. Luc. 2, 5.

Tu nè apkenti wisſû piktai darancžiujû. Odiſti omnes qui operantur injuſtitiam, Pſalm. 5, 6. Aſž taw nè darau Abydôs. Non facio tibi injuriam, Matth. 20.

## II, Dativus cum Verbo.

## Reg. I.

Qvodlibet verbum admittit Dativum perſonæ aut rei, cui qualicunq; modo aliquid acquiritur vel adimitur, ut;

Man ger yra. Mihi benè eſt.
Dowanoju taw knygas. Dono tibi librum.
žicziju taw Pennigus. Mutuo tibi pecuniam.
Atimmu tau wiſſa Bayme. Adimo tibi omnem timorem.
Jeib daugiaus nèſlužitumbim Griekui.
Ut ultra non ſerviamus peccato. Rom. 6, 6.

## Reg. II.

Qvædam verba diverſos caſus in eodem ſenſu adſciſcunt, ut:
Kurs geroms Szirdims :/: geras Szirdis gielbt. Qvi Juvat corda piorum. Pſalm. 7, 11.
Girriaſi Pikrybe/ſive iſž Pikrybês ſawo. Gloriatur Peccator in deſideriis animæ ſuæ. Pſ. 10, 3.
Gielbek mân :/: manne. Juva me. Pſal. 6. 5.
Gielbek teiſiems :/: teiſůſius. Dirige juſtos. Pſ. 7. 10.
Wiſſi kurrie règ manè jůkůs man :/: iſž manes. Omnes videntes me deriſerunt. Pſal. 22. 8.

## Reg. III.

Ubi Latini geminos Dativos verbis addunt, quorum alter perſonam, alter verò commodum aut incommodum ſignificat, ibi Lithvani Dativo perſonæ, Genitivum cum præpoſitione commodum vel incommodum ſignificantem addunt, ut:
Tai man nusſidůſt ant Garbês. Hoc mihi cedit honori.
Kàm ant gero? Cui bono?

# III. Accuſativus cum Verbo.

## Reg. I.

Activa verba Latinorum more Accuſativos adſciſcunt, ut:

Iſzczyſtykite ſenoji Rawgą. Expurgate vetus fermentum. 1. Cor. 5.

Pirko zoles gardzei kwepſancʒias. Emerunt aromata, Marc. 16.

Si vero partem rei alicujus intelligimus, Genitivo gaudent, ut:

Praſzau Dûnos. Rogo panem.

Gerriu Wandenio. Πινω ὕδατος. Bibo aqvam.

Iſzejo Sejejas ſetu Seklôs ſawo. Luc. 8, 5. Exiit qvi ſeminat ſeminare ſemen ſuum.

## Reg. II.

Sæpe Lithvani loco Ablativi Accuſativum jungunt, ut:

Pirmą Dieną po Subbatôs atejo Grabop: Primâ die poſt Sabbatum venerunt ad ſepulcrum. Marc. 16.

Ta Diewas prikele treczią Dieną. Hunc Deus ſuſcitavit tertiâ die.

Du ejo tą pacze Dieną. Duo ibant ipsâ die. Luc. 24, 13.

Jûdu keluſe tą pacze Adyną. Surgentes eâdem horâ.

Treczia

Trécžioje Dienoje buwo Swodba Kanoje Galileos. Tertiâ die erant nuptiæ in Canâ Galilææ.

Wiſsa Nákti ſžlapiſu Patala mano. Lavabo per ſingulas noctes lectum meum. Pſ. 6, 7.

Tu eſsi máno Sunus ſže Diena tawe pagimdžiau. Filius meus es tu, hodie genui te Pſal. 2, 7.

Diewas kožna Diena grumždžias. Deus minitans per ſingulos dies. Pſal. 7, 2.

## IV. Ablativus cum Verbo.

### Reg. I.

Verba Eſsmi / Tampu / Pawirſtu / Stojůs / Darau / Palíekmiès / Gemmu &c. Nominativum vel Ablativum, elegantius Ablativum recipiunt, ut: Aſž ſakau Kriſtus yra Tarnas / ſive Tarnu Appiauſtimo delei Teiſybês. Rom. 15, 8. Dico, Chriſtum fuiſſe miniſtrum Circumciſionis, propter veritatem DEI.

Jis yra Karalius / Jis yra Wieſžpats Garbês ſive: Jis yra Karaliumi / Jis yra Wieſž patimi Garbês. Ipſe eſt Dominus, ipſe eſt Rex gloriæ, Pſ. 24, 8.

Wieſž pats yra Karalius :/: Karaliumi / wisſadôs ant amžiu. Deus regnabit in æternum in ſecula ſeculi. Pſal 10, 26.

Jau tampi Boba / ô tacžiau nori graži regiamabut. Fis anus & tamen vis formoſa videri Horat. 4. Carm. Od. 13.

Wieſzpats ſtojôs màn' Nusſitik ėjimu. Dominus factus eſt mihi Protector. Pſal.18, 19.
Pet tarai jis paſtôs ſtiprus ſeu ſtipru. Fortis erit in potentiâ.
Jr pazemindams màne didziu darai. Et cum affligis me, magnum me, facis. Pſal.18, 36.
Jr darai màne Gálwà tarp Pagonû. Et conſtituis me Caput Gentium. Pſ.18, 44.

## Reg. II.

Verba Intranſitiva, Nuncupandi, Exiſtimandi cognoſcendi, cum Ablativo conſtruuntur, ut:
Waddinûs. Sakaus. Girrûs. Kwolŷûs. Raſzaus. Skialbjûs. Laikaus. Jſzrodaus. Czienawojûs. Reiſzkiûs. Daraus &c.
Waddinnas Karaliumi. Appellat ſe Regem.
Sakes' màno Prieteliumi esſas. Dicebat ſe amicum meum eſſe.
Girriaſi ſ. Kwolŷaſi Bagotu. Gloriatur ſe divitem eſſe.
Sic Wilkiu :/: Utor veſtibus, induſio, tunicâ &c. ut: Ko iſzejot regêt? ar zmogaus minkſztais Rubais wilkinczio? Qvid exiiſtis videre? an hominem mollibus veſtibus amictum? Matth. 11.
Sic Mekſtu :/: Delector, ut:
Tu nèesſi Diewas mekſtas Griekais. Non Deus volens iniqvitatem tu es. Pſal.5, 2.
Bèt mekſtazokanu, wieſzpaties. Sed voluntas ejus in Lege Domini, Pſal.1, 2.

Tas mano mielaſis Sunus/kurriůmi aſz paſſi mekſtu. Hic eſt Filius meus dilectus in quo mihi complacui.
Sic Dziaugiůs. &c. ut: Dziaugiůs tawimi.

## Reg. III.

Quæcunq; Latini per duos Ablativos, ea Lithvani per Dativum & Infinitivi tempora efferunt, ut:
Saulei uſztekant. Sole oriente.
Saulei uſztekejus. Exorto Sole. Marc:16.
Atſtojus iſzmintingiems/ Digreſſis Magis. Matt. 2.
Numirrius Erodiui. Defuncto Herode. Matth. 2.
Darjiems nètikint ir ſtèbintis diel Dziaukſmo. Adhuc illis non credentibus & mirantibus, præ gaudio, Luc. 24, 41.

## Caput III.
## De Syntaxi
## Participiorum, Supinorum & Gerundiorum.

## I. De PARTICIPIIS.

## Reg. I.

Ubi Latini Verbis Infinitivi tempora, ibi Lithvani Participia addunt, ut:
Tares' ègij Lwaſs. Putabant ſe videre ſpiritum.

Sakês règejuſios Angelû weidą. Dicebant ſe vidiſſe Angelos. Luc. 24.

Wèlijûs perkąs nè kaip práſzas. Malo emere quàm rogare.

In Indefintis locutionibus retinent ſæpe Latinorum more Infinitivi præſens primum, ut:

Gerèſne yra czesliwai numirt / nèkaip neczesliwai giwènt. Præſtat honeſtè mori, quàm inhoneſtè vivere.

## Reg. II.

Qvæ Latini per Infinitivi præſens & perfectum, ea Lithvani per Participia poſteriora exprimunt, ut:

Wehjûs numirſztas nèkaip ubagaująs. malim mori quàm mendicare.

Sakes wis iſztaiſes; Dicebat ſe omnia expediviſſe.

## Reg. III.

Omne Participium & Supinum admittunt à tergo caſum ſui verbi ejusdem ſignificationis, ut:

| | | | |
|---|---|---|---|
| Myliu | | amo | |
| Mylys | | amans. | |
| Mylejes | Mergą | qui amavit. | Virginem. |
| Myleſes | | amaturus. | |
| Mylet noris | | amare cupiens | |

# II. DE SUPINIS.

## Reg. I.

Verbis motus ad Locum, vel Supinum vel Infinitivi præſens jungitur, ut:

Klàuſtu ſ. klàuſt tawe ſiunteme. Sciſcitatum te miſimus.

Graudintu & Grundint tawe atejom'/nèſkolytu ſ: nèſkolyt. Admonitum venimus te, non flagitatum.

Eit walgytu / ſ. walgyt. It pranſum.

Eit gultu ſ: gult. It cubitum.

## Reg. II.

Loco poſterioris Supini Lithvani uſurpant vel præſens infinitivi, vel perfectum Participii, ut:

Lengwa daryt. Facile factu.

Geda ſakyt. Turpe dictu.

Miela girdet. Jucundum auditu.

Pareimi mylejes. Venio amatu.

Sugryſztu walges. Redeo obſonatu.

Pirmjàuſei miegojes keliaus. Primus cubitu ſurgebam.

# III. De GERUNDIIS.

## I. Reg.

Loco primi Gerundii ſive in di uſurpant Lithvani Infinitivi præſens, ut:

Isſigeidestawe règêt /: atlankyt. Cupidus tui viſendi.

Nè wienam nè důſt Walnybies ſusſigrieſżyt. Nemini dat licentiam peccandi.

Czeſas kieltis. Tempusſurgendi.

## Reg. II.

Loco Gerundii ſecundi ſive in douruntur Lithvani Ablativo nominum verbalium, ut:

Addawime żednam kas jo yra użlaikas Teiſybe; In tribuendo ſuum cuiq; verſatur juſtitia.

Kas Mokslè taip tingus yra kaip aſż? Qvis in diſcendo tam piger eſt quàm ego?

Iſż użſtojimo didèsne Garbè / nè kaip iſż apſkundyimo. Ex defendendo major glòria quam ex accuſando.

Nota: Hoc Gerundium efferunt Lithvani per primum Præſens (quod & Gerundium eſt) Participii, ut: Ką daridams apturesiu amżiną Giwatą? Qvid faciendo poſſidebo vitam æternam?

## Reg. III.

Loco Gerundii tertii ſive in dum Lithvani uſurpant Genitivos cum Præpoſitione, ut:

Neigi wiena rieczis kuri ant jednojimo Deiwjů pareitis' nera użlikta. Neq; ulla res quæ ad placandum Deus pertinet, prætervisa eſt. Cic.

Ipacze Liekowyſte tur / ant atàuſżimo Ligůſa kuno karſżczius. Singnlare remedium habent

bent ad refrigerandum in morbis corporis ardores. Plinius.

O jus paikeji ir nè weikios ſzirdies ant intikejimo tamui wiſſamui ka kalbejo Prarakai.
O ſtulti & tardicorde ad credendum in omnibus quæ locuti ſunt prophetæ. Luc. 24; 25.

## Reg. IV.

Interdum & quidem eleganter Infinitivi Præſens loco Genitivi cum Præpoſitione ponitur; ut; Ipacze Liekoryſtetur atàuſzint karſzcziu. Singulare remedium habent refrigare ardores. Kalbet gana czeſo. Ad dicendum ſatis temporis.

# Caput IV.

## De Syntaxi Adverbiorum.

Adverbia Lithvanorum, Latinorum more junguntur verbis, vel Participiis, vel Nominibus. Interdum aliis Adverbiis.

1. Verbis Maz dumoja. Parum perpendit. Wieſzpats ſawo ſzwentůſius ſteb buklingai wadzioja. Dominus ſuos Sanctos mirificat, Pſ. 4, 5.
Ir jis ſudys zieme tei ſei ir zmones redys tykrai. Et judicabit orbem terræ in æquitate & populos in juſtitiâ, ſal. 9, 9.

2. Participiis: Piktai daras. Malè faciens Gerai ſakas. Benè dicens.
Nezbelnai padukes. Non omnino delir as.

3. Nominibus: Labai baugus. Valdè timidus. Tawo Gromatos didei laukiu. Tuas literas valdè expecto.

4. Adverbiis: Didei palaimingai iſʒtaiſe Kiellione. Valde feliciter abſolvit iter. Labai gerai. Valdè beuè. Ne labai graʒei. Non admodum pulchrè.

# Caput. V.
## De
## Syntaxi Præpoſitionum.

I. Præpoſitionum aliæ regunt Genitivum, ut:
1. Ant/ ſignificat

(1) Super; ut: Jstacʒiau ſawo Karaliu ant Zion ſʒwento mano kalno. Pſal. 2, 6. Conſtitui meum Regem ſuper Zion montem ſanctum meum.

(2) In, ut: Jo nepalaima bus ant jo Galwôs/ ir jo Siuſtummas ant jo Momenies. Pſal. 7, 17. Ejus infortunium convertetur in Caput ejus, & ipſius iniquitas in verticem ejus deſcendet. Szlowek kurs nèʒengia ant Kielio Grieſʒnujû. Pſal. 1, 1. Beatus qui non ambulat in viâ peccatorum.

2. Bè/ſignificat Sine, ut:
Jei annus kurie mane bè prieʒaſties nè apkente perſekdinejau/ Pſal. 7, 12. Si hoſtes meos ſine causâ ſpoliavi.

Jie nèkènczia manes bè Prieʒaſties. Oderunt me ſine causâ.

3. Arti/id eſt, prope, ut:

Arti Mieſto giwèna. Prope Civitatem habitat.

4. Delei/id eſt;

(1) Propter, ut: Jei ka kencziète delei Teiſybès; Si quid patimini propter Juſtitiam. 1. Pet. 3, 4. Delei Nepretelû mano taiſyk tawo Kielą. Propter inimicos meos dirige viam tuam. Pſal. 5, 8.

(2) Præ, ut: Nè tikint delei Dziauksmo. Luc: 24, 41. Non credentibns præ gaudio.

(3) Secundum, ut: Iſztremk jůs delei jû didziû Perzengimû. Pſal. 5, 8. Expelle eos ſecundum multitudinem Impietatum eorum.

5. Tarp/id eſt, Inter, ut:

Apreikſzkite tarp zmonû darbus jo. Pſal. 9, 12. Annunciate intee Gentes ſtudia ejus.

Jr ant to wiſſo yra tarp muſû ir juſû didis Tarpas. Luc. 16, 26. Et ſuper hæc omnia inter nos & vos chaos magnum firmatum eſt.

6. Pri/Prie/Prieg/ſignificat;

(1) Apud, ut: Ar bawai prie Sudzios? Fuiſti né apud Judicem?

(2) In, ut: Bèt Diewas yra prie Gimmines Teiſiuju. Pſal. 14. 6. Sed Deus eſt in Generatione Juſtorum.

(3) Cum, ut: Nè ſedziu prieg ne labujû zmoniû. Pſal. 26, 4. Nec ſed eocum Concilio vanitatis.

7. Nû/nûg/Significat, A, Ab, Abs; ut:

Nû Tiewo ſzweſybiès. Jac 2, 24. A Patre luminum. Aſz ſàugmies nû Griekû. Obſervabo me ab iniquitate, Pſal, 18, 24.

Atmeſkime nůg ſawes jû witwes/Pſal. 2,3. Projiciamus à nobis funes ipſorum.

Jr juſû Dziaukſmo nèims nèwiens nů juſu. Et gaudium veſtrum nemo tollet à vobis. Joh. 16,32.

8. Jſz/id eſt, Ex, de, ut:

(1) Ex, ut: Jr nè wiens iſz juſû nè klàuſia mane. Καὶ ὐδεὶς ἐκ ὑμῶν ἐρωτᾶμε.
Et nemo ex vobis interrogat me. Joh. 16,5.

(2) De, ut: Kâltins ſwieta iſz Grieko / ir iſz Teiſybês/ir iſz Sudo. Joh. 16,8. Arguet mundum de peccato, de Juſtitiâ, & de judicio.

9. Pirm/id eſt. Ante, In.

(1) Ante, ut: Szittai/aſz ſiunczìu mano Angela pirm weido tawo/ kurſai pagatawyt turrês Kiela pirm tawes. Matth. 11,10. Ecce mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.

(2) In, ut: Taiſyk kielaſawo pirm tawes. Dirige viam tuam in conſpectu tuo. Pſal. 5,9.

II. Aliæ regunt Accuſativum, ut:

1. Prieſz/ſignificat, Adverſus, ad verſum, Contra, ut: Ponai todŭa tarp ſawes prieſz wieſzpati. Pſal. 2,2. Principes convenerunt in unum adverſum Dominum.

2. Pagal ſecundum Abſûdyk mane pagal Teiſybe mano Pſ. 7,8.
Judica me ſecundum juſtitiam.

Jis ůz mok man pagejol Czyſiybe Rankû mano. Pſal. 18,25. Retriubuit mihi ſecundum puritatem manuum mearum.

3. Paſkui/

2. Paſkui/id eſt,Poſt,ut:
Tasſai yra kurs paſkui mane ateis/ kurs pirm manes buwo. Joh.1,27. Ipſe eſt,qui poſt me venturus eſt, qui ante me fuit.

3. Per/ſignificat,Per,ut:
Miſtre/per wiſſa Nakti dirbom'/ ô nieko nè gawom'. Luc.5,5. Magiſter per totam noctem laborantes nihil cepimus.

4. Apie/ſignificat De,ut:
Kas paraſzyta yra apie mane zokanè Mozeſzius. Luc.24, 44. Quæ ſcripta ſunt de me in Lege Moſis.
Apie Jezu Nacarenſkaji. Luc.24,18. De Jeſu Nazareno.

5. Aplink/Aplinkui/ſignificat, Circum,Circa, ut: Aplink Miesta. ἀμφὶ τὴν πόλιν, Circa Urbem.

6. Pro/ ſignificat;
(1) Pro / ut: Nè pro tawe walgis padetas. Non pro te cibus appoſitus.
(2) Per, ut: Pro Diewa praſzau tawe. Per Deum rogo te.

7. Pas ſignificat,Secus,penes,juxta, ut: Jr ſtojôs potam kaip priſiartinoſoſi Jerikopi Aklas nè kurſai ſedejo pàs kiela zebrawodams. Et factum eſt,cum appropinquarent Jericho, Cæcus quidam ſedebat ſecus viam,Luc.18,35.

8. J/ing/ ſignificat, In, ut: Eiket i Mieſteli. Ite in caſtellum,Matth.22,2.
O Jezus iejes ing Laiwa perſiyre/Matt. 9,1. Et Jeſus aſcendens in Naviculam transfretavit.

Jr/

Jr kaip anie weizdejo ing Dangų. Et cum intuerentur in Cælum.

9. Linkai/ſignificat, Verſus, ut:

Mieſtana linkai. Verſus Civitatem.

III. Una regunt Genitivum & Dativum; ut: Jk/ Jkki/ & ſignificat, Usq;, In, tenus.

1. Cum Genitivo ſignificat In, ut: Jr zodzei jû ikki kraſztû Swieto. Et verba eorum in fines orbis terræ, Pſal. 19, 5.

2. Cum Dativo ſignificat Usq;, ut: Szittai ſu jumis eſmi ik Swieto Galui. Ecce vobiſcum ſum usq; ad Conſummationem ſeculi.

IV. Genitivum & Accuſativum regit uſz/ & ſignificat,

1. Cum Genitivo, Poſt, ut: Tu uſz mano Pakalos ſlapdawais. Tu poſt carecta latebas.

2. Cum Accuſativo ſignificat Pro, ut:

Jr nè kalbu jums jûg tureczia melſt Tewa uſz jus. Joh 16, 26. Et non dico vobis, quia Patrem rogabo pro Vobis.

Kriſtus uſz mus kenteijo. Chriſtus pro nobis paſſus eſt.

V. Genitivum, Dativum, Accuſativum & Ablativum regit, Po/ & ſignificat,

1. Cum Genitivo, Poſt, ut: Jr po aſztûniû. Dienû wiel buwo jo Paſiuntinei widduje. Joh. 20, 26. Et poſt octo dies iterum erant diſcipuli ejus intus.

2. Cum Dativo, ſignificat A, ut Jr ſtatys Awis po Deſzine/Matth. 25, 33. Et ſtatuet oves à dextris ſuis.

3. Cum Accuſativo, ſignificat In, ut: Po Mieſtis waikſzczodams. In Civitate obambulans.

4. Cum Ablativo, ſignificat, Sub, ſubter, Coram; ut: Apgink mane po Paweſiu ſparnu ſawo. Protege me ſub umbrâ alarum tuarum, Pſal. 17, 8. Jog waikſzczioť galiu po Akimis Diewo ſzwentybeje Giwuju, Pſalm. 46, 14, 15. Ut ambulem coram Deo in lumine viventium.

VI. Aliæ regunt Ablativum, ut:

1. Ties/ & ſignificat Coram, Ante, ut: Ir ſtowês ties ſunumi zmogaus; Et ſtabunt coram Filio hominis.

2. Su/ & ſignificat;

(1) Cum, ut: Kadda ſu jumis buwau. Luc. 24, 44. Cùm eſſem vobiscum.
Su Szwenteiſeis Szwentas esſi/ Pſal. 18, 26. cum Sanctis Sanctus es.

(2) In, ut: Su Diewu didzius Darbus iſztaiſyſim. In Deo virtutem faciemus/ Pſal. 60, 14.

# Caput VI.

## De Syntaxi Conjunctionis.

Conjunctionum officium eſt connectere dictiones & ſententias, ut:

Bėt wiêl reggeſiu jus/ ir dziaukſis ſzirdys juſû/ ir Dzauksmo juſû nė atims ne wiens nů juſû/ ir annoje Dienoje mane nieko nė klauſite. Rurſus autem videbo vos, gaudebit cor veſtrum,

&

& gaudium veſtrum nemo tollet à vobis, & in illo die me non interrogabitis quicquam.

Copulativæ & Disjunctivæ ſimiles & diſſimiles conjungunt Caſus.

## Cap. VII.
### De
### Syntaxi Interjectionis.

Interjectionnm paucæ apud Lithvanos in veniuntur, eædem Latinorum more ſæpiùs ſine Caſibus, abſolutè Orationi interjiciuntur.

1. Ay/ ei ei/ interdum Nominativum, interdum Accuſativum adſciſcunt, ut:
Ay kokſai Paukſʒtis! Hem qualis nequam!
Eici kokios ſlògos? Proh quales pœnæ!
Ay Budaſʒio Czeſo! O mores hujus temporis.

2. Ak & ô/ Dativo, nonnunquam Accuſativo, nonnunquam Vocativo junguntur, ut:
Ak mân Biednam! O me miſerium.
Ak mane Biedna! O me miſerum.
Ak Grieſʒnaſis ʒmogau! O homo peccator!

3. Niunui Dativo jungitur, ut: Nunui taw. Væ tibi.

4. Tui/cʒiu/ticʒ/cit/ Vocativo.

SE-

# Sectio VIII.

## DE PROSODIA.

Colophonem his Grammatices Elementis addere deberet Proſodia, Præcepta una cum Exemplis ad cognitionem accuratam Verſuum compoſitionis, neceſſaria proponens, cujus, ut in aliis Lingvis ita & in Lithvanica, cognitio, requiritur. Verùm cum poſt Celeberrimi Poetæ Johannis Opitii cujus fama ſupra Aſtra perennat, tam accurata tam perſpicua Proſodiæ Vernaculâ Lingvâ Germanorum animos erudientia Præcepta, unâ cum exemplis illa optimè illuſtrantibus & amplificantibus, ferè innumerorum extent Poëtarum Teutonum, & illa ad unum omnia Lithvanis, ſi ſaltem diligentia adhibeatur, uſui eſſe poſſunt, ex illisq; Quilibet viam hanc ingreſſus compendiariam facilè ſi Naturâ adjutus Muſæ hujus familiaritatem ſibi acquirere, ideò in præſentiarum plura addere ſupervacaneum autumo, promittens, impoſterum ſi Deus vitam conceſſerit hæc quoque Elementa benevolè, fuerint excepta, accuratiora & perfectiora!

# Lectori Curioſo.

VEllicant me nonnulla aurem, an lævam, an dextram, an utramq́; ipſus haud ſentio; aſt tamē vellicant. Et tu fortean L. C. ſi hos octerniores perlegeris, relegeris, accuratè curioſèq; penſitataveris, dices: Multa adhuc omiſſa, pluria addenda, plurima accuratiori linâ expoliēda hîc reſtant. Fateor te vera dicere & rem acu tangere; aſt ſi conſideraveris hos inſtar tabulæ non limatæ, nec pictæ, multò minùs coloribus accuratiſſimis depictæ, ſed tantûm rudiori adhuc penicillo delineatæ, non jam edoctis & linguam accuratè callentibus, ſed incipientibus, & quidem in illâ, quæ hactenus nunquam accuratiſſimè exculta eſt, linguâ, ſaltim proſtare, in memoriam tibi redire permittes: *Et incepiſſe ſat eſt*; ideoq; me nil aliud exſpectantem & expetentem amicè monere dignaberis. Non ingrato conferes id beneficii, ſed impoſterum, ſi DEUS vitam conceſſerit, Tibi omnibusq́; accuratiora, perfectiora, utilioraq; in aures propinanda, habebis. Interim, quo par eſt, ſtudia mea conatumq́;, affectu benevolo promoturus, Vale, & ſi quæ perSphalmata irrepſiſſe videantur ac obſervari potuère, placidè corrige.

Cor-

## Corrigenda.

p.6.lin.7. pro huic, hinc. p 13. l.26. pro Rgegiu/ Reggiu. p.19. l.5. a pro e in. voce Cattenovienſis. p.20. l.2. e alterum deleas in voce Gèrôkas. p.21. l. 3. pro o, i in voce Commoditas. l.5. addatur s voci Grazummas. l.16. è virgul. ſubſtitue, in vocab. Mègale & verbo Mègalet. l.22. del. alter in verbo munda. l.28. appone voc: Tarnawimas unà cum additis ad notam priorem; qui hic inconvenienter irrepſit. p. 22. l 19. ſubſtitue i loco y in voc. Mokitas. p.23. l.20. lege gèras. p.24. l.3. gèraſſis l.4. gèroſi p.25. l.12. officiorum pro officium. p.27. l.10. gèras/gèra. p 28 l.12. gèr. l.14,15,18. lege pro aw àu. p.29. l.2,5 pro aw/àu. l.15. u pro e. in voc. keturolika/& pro ů l.16. o. in ſzeſzolika. l.19. pro keteres/kètures. p.30. l.2. ketures/pro keteres/ l.11. keturoliktas/pro keteroliktas. l.21. ſzeſzeropas pro ſzeſzerůpas. l.22. Aſztůneropas/ pro Aſztoneropas. pag.31. l.5. ketwerjis/ pro ketwerjys l.6. ſubſtituatur i pro y in vocibus lithvanicis. l.12. u pro e in in ketures. p 34. l 22 adde Gence. p 38 l.6. pro manes/ man. pro p/ ip. l.22. pro Nuſuſa/Nuſůſa. p. 39. l.16. ſubſt. è pro e in Tèwadinna. p.41. l.4. lit. i mutetur in j/ in ſyllabâ iu. p.42 l 25 pro apditur/additur. p.44. l.2 pro eduao, educo. p.47. l.15. pro Atſikurucżi/atſikurcżiu. p.48 l.10. pro Gingo, Cingo. l 15. pro e/è in verbo ſzwèplu. p.50. l.5. addatur c. ante z in verbo ſzwenczìu. l.12. pro aw/au/ in klàuſiu. p 53. l.6 pro incumbat, incubat. p.56. l.7. pro ſlutu. l.17. del. s in pawytau. p.65. l. 13. è pro e in ſênay. l.19. à pro a in in Gallauſey. l.20. wiel pro wel p.66. l.17. pro e/a in

kai,

kai.p.67. l 6.pro e/ è in gèray. p.68.l.5. è pro e in Nèricżomis.l.13 è pro e in vocibus gèray &c. p.69. num. 7. muta. l.5.è pro e. in bè.l.22. pro d/t.in argawnu. p.73.l.6.pro a, æ in cohærent, è pro e in gèras &c.p.75. l.11.12. in Nèkaip. è pro e l 17. hie pro ſic. l.19. Stebjûs pro Striebjûs. p.80.l.5. Ràuga pro Rawga. p.81.trèczia diena/ pro trèczioje Dienoje. lin. 20. wieſzpatimi pro wieſzpatim. p.82. l.5. pro e / in pażèmindams. p.86 l.5 cżieſas/ pro cżelas.l.9. iſſilaikos/ pro uſzlaikas. l. 14. Apſkundimo/pro Apſkundyimo.l.18. darydams/ pro daridams. l.ult. pro û/ u in liggûſa p.87. l.12.add.n.in ganna/ cżieſo/pro cżeſo.l.23. żème/ pro zieme/ tikkray/pro tykrai. p.88.l.20. kèlio/pro pielio.p.89.l 4. del.i in kenczière l.6. Nèprietèliſu pro Neprietelû. Rèla pro kiela.p.90.l.15 18. è pro ie in kèla. p.91.l.24. è pro ie &c. in kielas & żebrawodams.

In Tab. NB. l.l.4. term. is/ pro iui/ uj. l.penult. pro j, i.l.2.term. û pro ſies/nies. l.8. term.û pro ſije/nie.l.10.term. a pro a à l.12.pro a, a l 14. term.ia pro iu/iû.l.15. pro jom/ iom.l.17. pro jû/iû. pro jump/iump.l 12.term.e. pro û jû. l.2. term.i. ios pro ies. l. antepen. term. adject: as pro uſa/ûſa.l 3 Adj:term. is. pro ausp/iop.l 3.term. adi. us pro iop/ausp. l.14 pro uſi/uji.l.11.term.adj. as/pro uji/eji.l.19,20. pro iuſius/oſius/ pro uſiusna/ oſiusna. l 1.term. Adj/yſis pro yſsis. l.8. yſis pro iſis. l.11. pro iuji/ieji l.14.pro uji/ieji. l.19,20. pro iuſus & juſiusna/oſius/oſiusna.l.11.term.adj.uſsis/ieji/pro uji.l.14. pro uji/ieji l.39. ûſus/pro uſus. ûſiusna/pro uſiusna.l.21 term.Particip.in as/pro aje/eje.

Tab.

Tab. NB. II. l. 1. Paſs. gen. Indic. term. 2. & 3. pro ſiamas iamas / & pro iamas/ jamas/ & ita in ſequentibus lineis, usq; ad Particip. Præſ. ſemper tertia pro ſecundâ terminatione ponenda. lin. 1. term. 4. amas pro am.

Königsberg/
Gedruckt durch Friderich Reuſnern/
Sr. Churfl. Durchl. zu Brandenb. beſtalten
Hoff-Buchdr. 1673.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-611239-p0133-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-611239-p0134-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-611239-p0135-0

Dn 1582

Dn 1582

ULB Halle 3
003 063 917

R

VD 17

n.c.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-611239-p0138-7




Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-611239-p0139-6